

Charters connected with the Church of Ashburne, Derbyshire.

By REV. FRANCIS JOURDAIN, Vicar of Ashburne.

IN Dr. Cox's "Churches of Derbyshire," vol. ii., p. 363, reference is made to a certain Chartulary extant in the Cathedral Library, Lincoln, entitled, "*Carte tangentes Decanatu Eccleie Beate Marie Lincoln.*" Inasmuch as a considerable portion of this book concerns the Parish of Ashburne, it seemed desirable to present the several Charters in a complete form for the perusal of those interested in our County Records. I have therefore secured the valuable aid of Mr. Gibbons, of the Minster Yard, Lincoln, and now place before the D. A. and N. H. S. an exact transcript of these interesting documents. They occupy a considerable portion of space in the present volume, and therefore it will be as well to reserve any notes thereon to a future occasion. One Deed (the first in the series) has been extracted from another bundle of documents, viz., the Royal Charter of King Henry II., confirming the grant of William Rufus of certain Churches to the Cathedral of Lincoln and the Bishop of that See. This Charter forms a fitting commencement of the series, and helps to make the history complete. Thanks to the large revenues attached to the Deanery of Lincoln, it became one of the most valuable pieces of preferment in the Church of England, and was evidently regarded as a sure stepping-stone to greater things. Cardinal Wolsey held the appointment for a brief period, as the following list of

Deans, kindly furnished by the Rev. Precentor Venables, will testify :—

DEANS OF LINCOLN.

- Ralph, appointed by Bp. Remigius.
 Simon Bloet, or Blovet, *c.* 1110.
 Nigellus, between 1123-1147.
 Philip de Harecurt.
 Adelinus, or Ascelinus, in 1145 and 1162.
 Hamelinus, *c.* 1164.
 Geoffrey Kirtling, *c.* 1169 and 1176.
 Richard de Ely, surnamed Fitz Neale, in 1184.
 Haimo, 1189, *d.* 1195.
 Roger de Rolveston, 1195, *d.* 1223.
 William de Tournay, 1223, suspended 1239.
 Roger de Weseham, 1239-45.
 Henry de Lexinton, 1245.
 Richard de Gravesende, 1254.
 Robert de Mariscis, 1258, 1259, 1260, 1262.
 William de Lessington, or Lexington, 1263, *d. c.* 1272.
 Richard Mepham, 1273.
 John de Maydestun, *d.* 1275.
 Oliver Sutton, 1275.
 Nicholas Heigham, 1280, *d.* 1305.
 Philip Wilughby, 1288, *d.* 1305.
 Josceline or Joceline de Kirnington, 1305.
 Raymund de la Goth, or Del Gond, 1306-7.
 Roger de Mortivalis, or Martivaux, 1310.
 Henry de Mannesfeld, 1315.
 Anthony Bek, 1329.
 John de Nottingham, in 1340.
 William Bateman, *alias* William of Norwich, in 1340.
 John de Ufford, or Offord, 1344.
 Simon de Briesley, or Borisley, 1348, *d.* 1360.
 John de Stretely, or Strethiele, in 1361 and 1366.
 Simon Cardinal, called S. Sixtus, in 1372, *d.* 1376.

- John de Shepeye, LL.D., 1388, *d. c.* 1411-12.
 John Mackworth, LL.D., 1412, *d.* 1451.
 Robert Fleming, 1451-2, *d.* 1483.
 George Fitz-Hugh, 1483, *d.* 1505.
 Geoffrey Simeon, 1505-6, *d.* 1508.
 Thomas Wolsey, or Wuley, 1508-9.
 John Constable, 1514, *d.* 1528.
 George Henneage, LL.B., 1528, resigned 1544.
 John Taylour, S.T.P., 1544.
 Matthew Parker, S.T.P., 1552.
 Francis Mallet, S.T.P., 1554, *d.* 1570.
 John Whitgift, S.T.P., 1571.
 William Wykeham, S.T.P., 1577.
 Ralph Griffin, A.M., 1584.
 John Reynolds, S.T.P., 1593.
 William Cole, S.T.P., 1598, *d.* 1600.
 Laurence Staunton, S.T.P., 1601, *d.* 1613.
 Roger Parker, S.T.P., 1613, *d.* 1629.
 Anthony Topham, 1629, *d.* 1655.
 Michael Honywood, S.T.P., 1660, *d.* 1681.
 Daniel Brevint, S.T.P., 1681-2, *d.* 1695.
 Samuel Fuller, S.T.P., 1695, *d.* 1699-1700.
 Abraham Campion, S.T.P., 1700, *d.* 1701.
 Richard Willis, S.T.P., 1701.
 Robert Cannon, 1721, *d.* 1722.
 Edward Gee, 1722, *d.* 1729-30.
 Edward Willes, 1730.
 Thomas Cheyney, D.D., 1743-4.
 William George, S.T.P., 1747-8, *d.* 1756.
 John Green, D.D., 1756.
 Hon. James Yorke, 1762.
 Robert Richardson, *d.* 1781.
 Richard Cust, D.D., 1782, *d.* 1783.
 Richard Kaye, LL.D., 1783, *d.* 1809.
 George Gordon, 1810, *d.* 1845.
 John Giffard Ward, 1845.

Francis Jeune, 1864.

James Amivaux Jeremie, 1864.

Joseph William Blakesley, 1872.

William John Butler, 1885.

Registrum Antiquissimum, fo. 26.

(Lincoln Cathedral Muniment Room.)

De ecclesiis de Oskington' Cesterfeld' Esseburn' Mannesfeld' et Capell'.

H. Rex Anglie et Dux Normann̄ et Aquit̄ et comes And̄ Archiepiscopis Episcopis Comitibus Baronibus Justiciariis vicecomitibus ministris et omnibus hominibus et fidelibus suis totius Anglie Francis et Anglis Salutem. Sciatis me concessisse et carta mea confirmasse ecclesie beate Marie Lincoln' et Episcopo donacionem quam Willelmus Rex Anglie antecessor meus dedit eis imppetuam elemosinam videlicet ecclesiam de Oschinthona et quicquid ad eam pertinebat tempore regis Edwardi et ecclesiam de Cestrefeld' et ecclesiam de Esseburn' et ecclesiam de Mannesfeld' et capellas que sunt in berewicis qui adjacent predictis maneriis Quare volo et firmiter precipio Quod predicta ecclesia Lincoln' predictas ecclesias et capellas habeat et teneat bene et in pace libere quiete honorifice integre et plenarie cum omnibus pertinenciis suis in terris et decimis et in omnibus rebus sicut carta Willelmi regis Anglie antecessoris mei quam vidi testatur. Testibus Thoma Cantuar̄ Archiepiscopo, Henrico Winton̄, Hil' Cic' episcopis, Roberto comite Legr [eestr'], Ricardo de Lucia, Reginaldo de Sancto Walico, Ricardo de Humet' const [abl'] apud Windesores.

TRANSCRIPTS FROM A VOLUME ENTITLED "CARTÆ DECANI" IN THE MUNIMENT ROOM OF LINCOLN CATHEDRAL.

61. DE PENSIONE VICAR' DE ASHEBURN'.

Om̄nibus Sancte Matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Rogerus Linc' ecclesie Decanus eternam in Domino Salutem. Noverit universitas vestra nos ad resignacionem

Gaufridi vicarii perpetui ecclesie de Esseburn' que ad Decanatum Linc' ecclesie noscitur pertinere dilecto et fideli nostro Nicholao de Esseburn' clerico in presentia et de assensu Capituli Linc' ecclesie caritative concessisse et contulisse perpetuam vicariam prefate ecclesie de Esseburn' Ita quidem quod idem Nicholaus totam eandem ecclesiam cum omnibus capellis et universis ad eam pertinentibus tota vita sua possidebit solvendo exinde singulis annis nobis et successoribus nostris Linc' ecclesie Decanis centum solidos nomine pensionis ad tres terminos scilicet ad Pascham duas marcas et dimidiam ad festum Sancti Jacobi duas marcas et dimidiam et ad festum Sancti Martini duas marcas et dimidiam. Memoratus quoque Nicholaus nobis et eidem ecclesie Linc' sacramentum prestitit fidelitatis. Ut igitur hec concessio rata et inconcussa permaneat eam presenti scripto et sigilli nostri munimine roboravimus. Hiis testibus Henrico de Watton', Henrico de Mannefeld' et Waltero de Wirkeswrth capellanis, Waltero de Dincurt', Hugone de Rolueston', Stephano de Cestrefeld', Salamone de Notingeham', Stephano de Eisseburn', et Ricardo de Tingehirst', clericis, Henrico et Willelmo de Rolueston', Richardo Pistore, Richardo de Northbir', Adam' fil' God', Roberto fil' Ric', Willelmo et Malgero de Mannefeld' et Roberto de Tittebir' et aliis multis.

62. CONFIRMATIO CAPITULI LINC' SUPER EADEM PENSIONE.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Capitulum Linc' ecclesie eternam in Domino Salutem. Ad universitatis vestre volumus notitiam pervenire Rogerum Decanum nostrum ad resignationem Gaufridi vicarii perpetui ecclesie de Eisseburn' que ad Decanatum Linc' ecclesie noscitur pertinere, in presentia nostra et assensu nostro divine caritatis intuitu concessisse et contulisse Dilecto et fideli nostro Nicholao de Eisseburn' clerico predictam ecclesiam de Essburn' cum omnibus capellis et universis ad eam pertinentibus nomine perpetue vicarie possidendam sub annuo canone centum solidorum eidem Decano et successoribus suis ad tres terminos quoad vixerit solvendorum scilicet ad Pascham duarum marcarum et dimidie ad festum

Sancti Jacobi duarum marcarum et dimidie et ad festum Beati Martini duarum marcarum et dimidie. Memoratus quoque Nicholaus prenominato Decano et eidem ecclesie Linc' sacramentum prestitit fidelitatis. Nos itaque eandem concessionem ratam et gratam habentes ipsam presenti scripto et sigilli nostri patrocinio confirmavimus. Hii autem tunc presentes fuerunt in Capitulo Willelmus Precentor, Magister Willelmus Cancellarius, Ricardus Archidiaconus Northant', Willelmus Archidiaconus, West'ding', Rogerus Scotus, Magister Nicholaus de Lindwod Andreas et Lucas sacerdotes, Radulfus de Bireneto, Magistri Walterus Davidus Gir' de Rowll, Robertus de Mancestr', Robertus de Hulm', Bartholomeus de Suthwell, Petrus de Hugar'.

63. DE DICTA PENSIONE.

Gaufridus dei gratia Covent' ecclesie humilis Minister omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Salutem. Noverit universitas vestra nos ad spontaneam resignationem dilecti filii nostri Galfridi de Eisseburn' et presentationem dilecti nostri R. Decani Linc' admisisse Nicholaum de Eisseburn' clericum ad ecclesiam de Esseburn' cum pertinenciis suis et eum in eandem ecclesiam canonicè instituisse Ita quod idem Nicholaus memorato Decano et successoribus suis centum solidos singulis annis nomine pensionis persolvat. Salvo nobis et successoribus in omnibus jure episcopali et parochiali. Ut autem hec nostra institutio firmitatis vigorem obtineat imposterum eam presenti scripto et sigilli nostri appositione roboravimus Hiis testibus Magistro Roberto Archidiacono Salopebir', Willelmo Archidiacono Derb', Magistro Roberto de Manecester', Magistro Simone de Derb', Magistro Willelmo London', Matheo capellano Thome de Beverlaco.

64. DE PENSIONE DE BRADLEE

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Nicholaus persona ecclesie de Esseburn' Salutem in eo qui est salus omnium. Sciatis quod ego assensu et voluntate domini Rogeri

Linc' ecclesie Decani concessi et hac presenti carta mea confirmavi Nicholao de Brideston' clerico meo omnes decimas et obventiones et oblationes ex quacunque causa pervenerint pertinentes ad capellam meam de Badlee (*sic*) ad firmam perpetuam Habendas et tenendas libere et quiete ab omnibus quoad vixerit Reddendo inde annuatim matrici ecclesie de Eisseburn' nomine firme dimidiam marcam pro omnibus infra octavas Sancti Oswaldi salvis matrici ecclesie ordinatione cantarie sepultura et confessionibus parochianorum Salvo etiam jure ejusdem ecclesie in aliis. In hujus autem rei testimonium huic scripto Sigillum meum apposui Hiis testibus Domino Rogero Linc' ecclesie Decano, Domino W. de *Musch'archidiacono Derbeie, Michaele de Langeford' persona Hugone de Egenco persona, Aluredo Ada et Willelmo capellanis, Ricardo clerico et aliis.

65. CAPELLA DE BRADLEY.

Omnibus xp̄i fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit W. de Muschamp archidiaconus Derb' salutem in Domino Noverit universitas vestra quod ego ex inspectione carte Nicholai rectoris ecclesie Esseburn' perpendi ipsum Nicholaum dimississe et concessisse Nicholao de Brideston' clerico suo omnes fructus et proventus de Bradeleg' ad ecclesiam de Esseburn' pertinentes ex quacunque causa pervenerint, Habend' et Tenend' ad perpetuam firmam quoad vixerit Reddendo inde annuatim ecclesie de Esseburn' dimidiam marcam argenti pro omnibus infra octavas Sancti Oswaldi salvis matrici ecclesie de Esseburn' ordinatione cantarie capelle de Bradeleg' sepultura defunctorum confessionibus parochianorum et omnibus aliis que ad matricem pertinent ecclesiam. Ego vero de assensu Domini Rogeri Linc' ecclesie Decani eidem Nicholao de Breydeston' clerico hanc concessionem vacante sede confirmavi Hiis testibus Magistro Roberto de Graneles, Domino Aluredo capellano, Ricardo de Neuport clerico, Roberto de Derb' decano, Elia de Weston' persona, Thoma Juuen' et aliis.

* *Muschamp*, see next deed.

66. DE MEDIETATE TOFTI.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Rogeri prepositi de Esseburn' et Petrus frater meus vendimus et quietum clamavimus Herberto de Notingham' et heredibus suis sive assignatis suis medietatem tofte (*sic*) que fuit patris nostri in villa de Esseburn' super terram ecclesie et latitudine trium pedum alternis medietatis et longitudine totius tofte illam medietatem scilicet que jacet juxta toftam que fuit Thome de Staynton, Tenendam et habendam sibi et heredibus suis libere et quiete Ita quod nos neque heredes nostri nullum jus vel clamium in predicta terra habere possumus nec exigere pro hac autem quieta clamacione predictus Herbertus pacavit nobis p' manibus novemdecim solidos argenti et vj denarios, ut autem hec nostra quieta clamacio stabilis permaneat uterque nostrum huic presenti scripto sigillum suum apponere curavit. Hiis testibus Roberto filio Lennad', Willelmo de Mapilton', Henrico de Cte, Rogero de Derbi, Petro fil' Ulf, Ricardo fil' Lenenad, Waltero fil' Tingtoris, Hugone de Benetl', Willelmo Pistore, et multis aliis.

67. DE QUADAM TERRE CUM DOMO.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Herbertus de Notingham' concessi et quietum clemavi a me et ab heredibus meis Henrico Capellano de Bendleg' et suis assignatis et eorum heredibus totum jus et clamium quod habui vel habere potui in quamdam terram cum domo quam emi de heredibus Rogeri Prepositi illam scilicet que jacet juxta toftam Thome de Stanton. Ita scilicet quod nec ego nec heredes mei aliquod jus vel clamium in predictam terram cum domo futuris temporibus exigere poterimus Solvendo inde annuatim ecclesie de Esseburn' novem denarios scilicet quatuor denarios et obolum ad festum Sancti Martini et quatuor denarios et obolum ad festum Sancti Petri pro omnibus. Pro hac . . . (? scilicet) concessione et quieta clamacione predictus Henricus dedit mihi duos solidos argenti ut autem hec mea concessio et quieta clamacio rata et stabilis imperpetuum permaneat huic presenti scripto sigillum meum apposui Hiis testibus Thoma fil' Lenenad et Ric' fratribus

Henrico de Cruce Magistro Alexandro Joh' fratre person', Thoma de Stanton, Roberto mercatore, Willelmo clerico fratre suo et aliis.

68. RELAXATIO DE EISDEM.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Walterus frater Willelmi capellani de —ickendon' vendidi et quietum clamuoi a me et ab heredibus meis Henrico capellano de Benedleg' et suis assignatis et eorum heredibus totum jus et clamium quod habui vel habere potui in quandam terram cum domo quam acquisivi* (?) de Herberto de Notingham' [et de] ecclesia de Esseburn' juxta toftam Thome de Stanton' Ita scilicet quod nec ego nec heredes mei aliquod jus vel clamium in predictam terram cum domo de cetero exigere potuerimus Solvendo inde annuatim ecclesie de Esseburn' novem denarios scilicet quatuor denarios et obolum ad festum Sancti Martini et quatuor denarios et obolum ad festum Sancti Petri pro omnibus. Pro hac autem vendicione et quieta clamacione predictus Henricus dedit michi duas marcas argenti. Ut autem hec mea vendicio et quieta clamacio rata et stabilis imperpetuum permaneat huic presenti scripto sigillum meum apposui Hiis testibus Henrico de Cruce Thoma fil' Lenead et Ric' fratribus Magistro Alexandro Hermco de Machelfeld Willelmo Spendelove, Henrico [filio suo, Thoma de Stant' et aliis.

69. DE QUATUOR TOFTIS ET DIMID ET UNA ACRA PRATI CUM PERTIN' IN ASHEBURN'.

Hec est finalis concordia facta in curia domini Regis apud Leyrcestr' a die Sancte Trinitatis in tres septimanas [anno regni regis Henrici filii Regis Johannis xxxvi coram Silvestr' Episcopo Karl' Rogero de Turkel' Gil' de Fatm et Adam' de Hylton' Justic' itinerantibus et aliis domini Regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Henricum Decanum Linc' personam ecclesie de Esseburn' querentem et Ricardum de Mapelton' Saram uxorem

* This part is very faint and almost illegible.

ejus Henricum de Mapilton^{*} Letitiam uxorem ejus Wal' de Esseburn' et Ceciliam uxorem ejus deforc' de quatuor toftis et dimidio† et una acra prati cum pertinentiis in Esseburn' unde[un] jurata utrum predicta tofta et pratum cum pertinentiis sint libera elemos' pertinens ad ecclesiam ipsius persone in Esseburn' an laicum feudum ipsorum Ricardi Sarre Henrici Letitie Willelmi et Cecilie summonita fuit inter eos in eadem curia scilicet quod predicti Ricardus Sara Henricus Letitia Willelmus et Cecilia recognoverunt predicta tofta et pratum cum pertinentiis esse jus ipsius persone et ecclesie sue de Esseburn' et illa ei reddiderunt exceptis duobus toftis et dimid' et prato in eadem curia et remiserunt et quiet' clamaverunt de se et heredibus ipsarum Sare Letitie et Cecilie predicto persone et ecclesie sue predicte et successoribus suis personis ejusdem ecclesie imperpetuum Et pro hac recognitione redditione remissione et quieto clamio fine et concordia idem persona concessit predictis Ricardo Sare Henrico Letitie Willelmo et Cecilie predicta dua tofta et dimidium et pratum cum pertinentiis scilicet toftum et dimidium que jacent inter toftum Henje de c'te et toftum Thome Junen' et toftum quod jacet juxta Grangiam Edmundi de Ferr' versus orientem Habend' et Tenend' eisdem Ricardo Sare Henrico Letitie Willelmo Cecilie et heredibus ipsarum Sarre Letitie et Cecilie de predicto persona et ecclesia sua predicta et successoribus suis personis ejusdem ecclesie imperpetuum Reddendo inde per annum duos solidos medietatem ad festum inventionis Sancte Crucis et alteram medietatem ad festum Sancti Martini pro omn[ibus] servicio et exactione Et preterea iidem Ricardus Sara Henricus Letitia Willelmus et Cecilia concesserunt pro se et heredibus ipsarum Sare Letitie et Cecilie quod omnes manentes in predictis tenementis de cetero molet bladum et brasium suum ad molendinum ipsius persone et successorum suorum ecclesie de Esseburn' ‡ *ad Oifun qm gm* — imperpetuum et


* Margin :—Henricus de Lexington Decanus.

† Toftum appears to be used as a neuter noun in this Deed. In No. 66 it is used as a feminine one—*tofta*—except in the margin.

‡ De molendino de Essebourne Curia Decani ibidem.

facient sectam ad curiam ipsius persone et successorum suorum bis in anno scilicet ad proximam Curiam post Pascham et ad proximam Curiam post festum Sancti Michaelis et similiter quocunque placit' in eadem Curia fuerint per Breve domini Regis de Recto et hec concordia facta fuit de assensu et voluntate Coventr' et Lich' Episcopi.

70.—DE ORATORIO-HOLANDE.

Omnibus Xp̄i fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Esseburn' miles Salutem in Domino. Cum vir venerabilis dominus H. Linc' ecclesie Decanus de consensu venerabilis in Xpo patris R. dei gratia Coventr' et Lichefeld' Episcopi necnon Johis vicarii ecclesie de Esseburn' mihi et libere familie mee cantariam in oratorio meo de Holende toto tempore vite mee gratanter concesserit Ego corporale prestiti juramentum me per hoc presens scriptum obligand' quod capellanus qui pro tempore ministrabit antequam divina incipiat celebrare dicto vicario fidelitatis corporale prestabit sacramentum quod quamdiu ibidem in meo stabit obsequio ejusdem vicarii smas et mandata canonica quatenus ad dictum oratorium pertinet patienter sustinebit et devote observabit et etiam quod omnes oblationes obventiones quoquo modo ad dictum oratorium meum pervenerint vicario prefate ecclesie de Esseburn' sine omni retentione et dilatione plene persolvat et quod neminem ad ecclesiastica sacramenta admittet sine dicti vicarii licentia speciali. Si vero aliquis capellanus meus aliquas oblationes vel obventiones a dicto oratorio asportaverit Ego firmiter promitto sub debito prestiti juramenti me tantumdem de bonis meis propriis ecclesie de Esseburn' fore soluturum Eandem ecclesiam in omnibus et per omnia servando indempnem. Ego vero cum libera familia mea bis in anno videlicet in festo dedicationis ecclesie de Esseburn' et in festo sancti Oswaldi dictam ecclesiam parochialem ad audiendum divina visitabo cessante  * in oratorio memorato cantaria Nolo autem quod per istam concessionem mihi factam

* Probably only a mark to fill up a space.

heredes mei vel aliquis mihi aliquo modo succedens aliquid juris in dicta cantaria sibi possint vendicare. Valetis semper in Domino.

71.—CAPELLA DE NEWBIGGYNG.

Omnibus Xpi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Esseburn' miles Salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra quod venerabilis vir Willelmus Linc' ecclesie Decanus et Magister Alexander Blundus* capelle de Kniueton' concesserunt michi cantariam in capella mea de Newbigg' in hac forma Omnibus fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Linc' ecclesie Decanus salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos de assensu et voluntate Magistri Alexandri Blundi Rectoris capelle de Kniueton' concessisse quantum in nobis est quod Robertus de Esseburn' miles hanc cantariam in capella sua de Newbiggigg' in parochia capelle de Kniueton' quamdiu vixerit in habitu seculari sibi et libere familie sue et hospitibus suis sumptibus ipsius militis et honeribus in omnibus Salva in omnibus indempnitate matricis ecclesie de Esseburn' et capelle de Kniueton' et vicinarum ecclesiarum Ita quod oblationes a parochianis earum in dicta capella de Newbiggigg' recepte ipsarum ecclesiarum rectoribus seu vicariis quorum parochiani sunt fideliter et integre restituantur sine difficultate qualibet aut dilatione. Capellanus autem idoneus ibi celebraturus de assensu nostro et rectoris capelle de Kniueton' antequam ibi celebret jurabit quod oblationes prefatas et omnes obventiones que in dicta capella quocunque modo ad ipsum pervenerint supradictis rectoribus vel aliis secundum quod predictum est integre persolvat et quod omnia jura parochialia prefatis ecclesiis quantum in ipso est integra conservabit et illesa. Jurabit insuper tam miles supradictus quam capellanus suus ibi pro tempore institurus quod nec per se nec per alium aliquid unquam machinabuntur per quod prefate ecclesie in temporalibus seu spiritualibus dampnum aliquod seu detrimentum intrant Et

* Restoris apparently omitted here.

si forte quod absit dicte ecclesie vel earum aliqua occasione dicte cantarie lesa fuerint in aliquo nisi post tertiam commonicionem per nos vel per rectorem capelle de Kniveton' faciendam competentem fuerit satisfactum licebit nobis vel rectori predicto dictam capellam a divinatorum celebratione suspendere donec satisfactum fuerit competenter in hac parte juxta nostrum vel ipsius rectoris arbitrium In signum autem et recognitionem beneficii predicti dabit dictus miles quamdiu vixerit capelle de' Kniveton' unam libram cere die Sancti Michaelis Et in hujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui.

72.

Notaverint universi quod cum venerabilis in Xpo pater H. Dei gratia Coventr' et Lichesfeld' Episcopus de assensu capituli Lich' potestatem suam ordinandi de Ecclesia de Esseb' cum capellis et earum pertinentiis discretis viris dominis W. Decano Lichesfeld' et W. Precentori Linc' ecclesie commiserit ut ipsi vice sua. Decani et Capituli Linc' ecclesie concurrente consensu ordinent et statuunt de premissis prout secundum dm viderint expedire Ipsi auctoritate pontificali suffulti et predictorum Capitulorum consensu muniti invocata Sancti Spiritus gratia in premissis negotio ordinando in hunc modum salubriter procedendo statuerunt videlicet quod dominus Decanus Lincoln' qui pro tempore fuerit quinquaginta marcas ad duos terminos videlicet viginti quinque marcas infra octavas Pentecost' et viginti quinque marcas infra octavas Sancti Martini de ecclesia de Esseb' per manum vicarii de Esseb' nomine pensionis percipiet annuatim. Decanus etiam Linc' qui pro tempore fuerit et ejus successores ad sex capellas videlicet de Kniveton', de Mapilton', de Torp, de Benecleg', de Bradeleg', de Edolueston' loci diocesano cum eas vacare contigerit personas idoneas presentabunt tamquam earum patroni. Salvis pensionibus dictarum capellarum quas Decanus Linc' consuevit percipere de eisdem Decani etiam Linc' qui pro tempore fuerint personas idoneas ad vicariam ecclesie de Esseb' cum eam vacare contigerit Domino Coventr' et Lich' Episcopo

presentabit Ita quidem quod vicarius presentatus et admissus et ejus successores presentati et admissi proventus et obventiones omnes ecclesie de Esseb' et capellarum de Peuëwych' de Hokenaston' et de Aleshop' tam in decimis majoribus et minoribus quam in oblacionibus quibuscunque tam in terris et tenementis quam in firmis terrarum et homagiis tam in exitibus quam escaetis et omnibus aliis commoditatibus imperpetuum percipient nomine vicarie salvis quinquaginta marcis quas institutus vicarius et ejus successores instituti et admissi sub juramenti astrictione Decanis Linc' qui pro tempore fuerint in institutione sua facienda persolvent terminis statutis vicarius vero de Esseburn' et ejus successores omnia onera ecclesie de Esseb' et trium capellarum predictarum imperpetuum tam in spiritualibus quam in temporalibus sustinebunt in ecclesia de Essb' per se ipsum personaliter cum duobus capellanis et uno diacono et uno subdiacono honorifice deserviendo et honeste et in tribus capellis videlicet Peuëwich Hokenaston et Aleshop' per capellanos idoneos tam in hospitalitate sectanda apud Esseb' quam in divinis officiis in dicta matrici ecclesia et ejus tribus jam dictis capellis salubriter * sustinendis Et ut hec eorum ordinacio auctoritate majori suffulta futuris temporibus maneat inconcussa presentem paginam sigillorum venerabilis patris domini H. Coventr' et Lich' Episcopi necnon Decani Linc' et etiam Capitulorum Linc' et Lich' ecclesiarum suorumque appositione signorum roborari fecerunt. Dat' quinto Id' Januarii in major' ecclesia Lich' Anno gratie millesimo Ducentesimo quinquagesimo.

73. BULLA PAPE ALEXANDRI QUARTI CONTRA ASSIGNATIONEM
PENSIONIS PREDICTE.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Magistro Ricardo Decano Linc' salutem et apostolicam benedictionem. Ex tenore tue petitionis accepimus quod cum olim nonnulli Decani Lincolnienses predecessores tui ecclesiam de

* Margin :—Benteley xiiis. iiil*d.* Bradeleg vis. viii*d.* Edeleston, unam libram incensi.

Esseburn' Conuentren' et Lichefelden' dioc' in qua ratione tui Decanatus jus patronatus obtines in usus proprios tenuissent tandum per quamdam advocacionem quam fecit bone memorie Conuentren' et Lichefelden' Episcopus loci diocesanus cum quodam Decano Lincoln' predecessore tuo perpetuus est institutus in eadem ecclesia vicarius cui plusquam medietas proventuum ejusdem ecclesie juxta ordinacionem eandem extitit deputata Conuentren' et Lichefelden' Capitulorum assensu ad id postmodum ut dicitur accedente in ipsius Decanatus et tuam non modicam lesionem unde humiliter petisti super hoc tibi et eidem Decanatui provideri. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati ut tu vel successores tui dictum ecclesiam cedente vel decedente ipsius ecclesie vicario cum nolimus ex premissis dictum Decanatum pati hujusmodi lesionem in proprios usus Decanatus ejusdem libere revocare possitis ipsam dicto Decanatui cum omnibus suis juribus proventibus et pertinentiis applicando ac etiam ingredi possessionem ejus prout dictorem predecessorum tuorum temporibus ab ipsis haberi solebat diocesani vel archidiaconi loci aut cujuscunque alterius assensu minime requisito assignata tamen vicario qui pro tempore in eadem ecclesia fuerit de ipsius ecclesie proventibus portione congrua unde valeat commode sustentari et episcopalia et archidiaconalia jura et cetera ipsius ecclesie onera supportare ordinatione ac aliis premissis nequaquam obstantibus aut aliquibus litteris apostolice sedis super quorumcunque pensionibus imperpetuis vel imposterum impetrandis seu reservationibus aut inhibitionibus per eas factis vel etiam faciendis seu aliis litteris vel indulgentiis apostolicis a quibuscunque obtentis vel etiam obtinendis per quas hujusmodi gratia impediri valeat vel differri auctoritate presentium indulgen'. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc acceptare presumpserit indignatione omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum Dat Viterbij xii, kal' Junij Pontificatus nostri Anno quarto.

74. BULLA ALEXANDRI PRO ASHEBURN'.

Universis xp̄i fidelibus presentes literas inspecturis vel audituris Ricardus miseracione divina Lincoln' episcopus et ejusdem loci capitulum salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos litteras domini pape vera bulla bullatas non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas inspexisse sub hac forma Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Decano Ebor' et Archidiacono Oxon' Linc' dioc' salutem et apostolicam benedictionem Ex tenore petitionis dilecti filii Magistri Ricardi Decani Linc' accepimus quod cum olim nonnulli Decani Linc' predecessores sui ecclesiam de Esseburn' Conuentren' et Lichefelden' dioc' in qua ratione sui Decanatus jus patronatus obtinet in usus proprios tenuissent tandem per quandam advocacionem quam fecit bone memorie Conuentren' et Lichefelden' episcopus loci diocesanus cum quondam Decano Linc' predecessore suo perpetuus est institutus in eadem ecclesia vicarius cui plusquam medietas proventuum ejusdem ecclesie juxta ordinationem eandem extitit deputata Conuentren' et Lichefelden' Capitulorum assensu ad id postmodum ut dicitur accedente in ipsius Decanatum et suam non modicam lesionem Unde dictus Decanus humiliter petiit super hoc sibi et eidem Decanatu provideri Nos igitur ipsius supplicacionibus inclinari ut idem Decanus vel successores sui dictam ecclesiam cedente vel decedente ipsius ecclesie vicario cum nolimus ex premissis dictum Decanatum pati hujusmodi lesionem in proprios usus Decanat' ejusdem libere revocare possint ipsam Decanatu predicto cum omnibus suis juribus proventibus et pertinentiis applicando ac eciam ingredi possessionem ejus prout dictorum predecessorum suorum temporibus ab ipsis haberi solebat diocesani vel archidiaconi loci aut cujuscunque alterius assensu minime requisito assignata tamen vicario qui pro tempore in eadem ecclesia fuerit de ipsius ecclesie proventibus porcione congrua Unde valeat commode sustentari et episcopalia et archidiaconalia jura et cetera ipsius ecclesia (*sic.*) onera supportare ordinatione ac aliis premissis nequaquam obstantibus aut aliquibus litteris apostolice

sedis super quorumcunque pensionibus impetratis seu reservationibus aut inhibitionibus per eas factis vel etiam faciendis seu aliis litteris vel indulgentiis apostolicis a quibuscunque obtentis vel etiam obtinendis per quas hujusmodi gratia impediri valeat vel differri per nostras litteras duximus indulgend' Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus predictum Decanum vel successores ipsius aut eorum procuratorem ipsorum nomine in ejusdem ecclesie possessionem cedente vel decedente predicto vicario per vos vel alios inducatis et defendatis inductos contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint et constitutione de duabus dictis edita in concilio generali Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse alter vestrum ea nichilominus exequatur Dat' Viterbii xii kal' Junij pontificatus nostro anno quarto In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda Dat' [blank] ii Idus Aprilis Anno Domini Millesimo CC^o sexagesimo.

75. ORDINACIO VICARIE DE ASHEBURN' CONTRA DECANUM.

Notaverint universi quod cum venerabilis in xp̄o pater H. dei gratia Couentr' et Liche' Episcopus de assensu capituli Liches' potestatem suam ordinandi de ecclesia de Esseburn' cum capellis et earum pertinentiis discretis viris dominis W. Decano Lichef' et W. Precentori Linc' ecclesie commiserit ut ipsi vice sua Decani et Capituli Linc' ecclesie concurrente consensu ordinent et statuunt de premissis prout secundum d̄m viderint expedire Ipsi auctoritate pontificali suffulti et predictorum capitulorum consensu muniti invocata Spiritus Sancti gratia in premissis negotio ordinando in hunc modum salubriter procedendo statuerunt videlicet quod dominus Decanus Lincoln' qui pro tempore fuerit quinquaginta marcas ad duos terminos videlicet viginti quinque marcas infra octavas Pentecost' et viginti quinque marcas infra octavas S. Martini de ecclesia de Esseburn' apud Esseburn' per manum vicarii de Esseburn' nomine pensionis percipiet annuatim

Decanus etiam Lincoln' qui pro tempore fuerit et ejus successores ad sex capellas videlicet de Kniueton' de Mapelton' de Torp' de Benetley de Bradeley de Edoluoston' loci diocesano cum eas vacare contigerit personas idoneas presentabunt tanquam earum patroni salvis pensionibus dictarum capellarum quas Decanus Linc' consuevit percipere de eisdem. Decani etiam Lincoln' qui pro tempore fuerint personas idoneas ad vicariam ecclesie de Esseburn' cum eam vacare contigerit Domino Couentrens' et Lichefeld' Episcopo presentabunt Ita quidem quod vicarius presentatus et admissus et ejus successores presentati et admissi proventus et obventiones omnes ecclesie de Esseburn' et capellarum de Peuerwich' de Hokenaston' et de Aleshop tam in decimis majoribus et minoribus quam in oblacionibus quibuscunque tam in terris et tenementis quam in firmis terrarum et homagiis tam in exitibus quam eschaetis et omnibus aliis commoditatibus imperpetuum percipient nomine vicarie salvis quinquaginta marcis quas institutus vicarius et ejus successores instituti et admissi sub juramenti astrictione Decanis Lincoln' qui pro tempore fuerint in institutione sua facienda persolvent terminis statutis vicarius vero de Esseburn' et ejus successores omnia onera ecclesie de Esseburn' et trium capellarum supradictarum imperpetuum tam in spiritualibus quam in temporalibus sustinebunt in ecclesia de Esseburn' per se ipsum personaliter cum duobus capellanis et uno diacono et uno subdiacono honorifice deserviendo et honeste et in tribus capellis videlicet Peuerwich' Hokenaston' et Aleshop' per capellanos idoneos tam in hospitalitate sectanda apud Esseburn' quam in divinis officiis in dicta matrici ecclesia et ejus tribus jam dictis capellis salubriter sustinend' Et ut hec eorum ordinacio auctoritate majori suffulta futuris maneat temporibus inconcussa presentem paginam sigillorum venerabilis patris domini H. Couentrens' et Lichesfeld' Episcopi necnon et Decani Lincoln' et etiam Capitulorum Lincoln' et Lichesf' ecclesiarum suorumque appositione signorum roborari fecerunt Act' quinto Idus Januarij in majori ecclesia Lichesf' Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo.

Universis sancte matris ecclesie filiis has litteras visuris Thomas Taisard sacerdos salutem. Noverit universitas vestram causam inter me et dominum M. de Alben' ventilatam super decimis garbarum et minutis decimis de dominico de Hambrissham' excepta una carrata avene quam vicarius ecclesie de Esseburn' percipere consuevit amicabile compositione inter nos hoc modo conquievisse scilicet quod ego Thomas predictas decimas toto tempore vite mee sicut eas umquam melius tenui decetero de predicta ecclesia tenebo et persona ejusdem ecclesie Reddendo inde annuatim duas libras cere ad festum Nativitatis Sancte Marie Et ut predicta compositio perpetuam optineat firmitatem tactis sacrosanctis juravi me predictam compositionem fideliter observaturum et presens scriptum sigilli mei appositione roboravi Hiis testibus Magistro Ricardo de Mukingistn Magistro Willelmo de Scortu Magistro Torold' de Duham, Daniele vicario de Wippingham, Reginaldo de Colewic' Ricardo de Chaneni.

Omnibus presentes litteras inspecturis Magister Petrus Cay Theoney domini pape subdiaconus ejusque litterarum corrector ac ipsarum contradictarum auditoris officium de mandato dicti domini pape gerens Salutem in Domino. Noveritis quod cum inter Magistrum Petrum de Urbenetri' clericum procuratorem.

. . . Decani ecclesie Linc' pro ipso in Romana curia impetransem ex parte una et Eadmundum de Warefeld' clericum procuratorem Petri de Wintonia clerici pro ipso contradicentem ex altera aliquamdiu super convenientia loci et judicium foret in nostra presentia litigatum tandem prefati procuratores Magist' P. pro sua parte venerabilem patrem Archiepiscopum Cantuarien' et *E sua priorem Westmonasterii Londonien' judices elegerunt et

*This has been written Exsua, and then the *x* crossed out and *d* (meaning, I suppose *del.*) put over the *x*.

in venerabilem patrem Episcopum Londonien' tanquam medium et communem Judicem communiter et concorditer convenerunt Hoc acto de communi concordia inter procuratores prefatos quod iidem iudices apud Civitatem Londonien' conveniant ibidem tractandi de causa et negotio infra scriptis secundum rescriptum apostolicum quod ad ipsos dirigitur sub hac forma. Gregorius episcopus, &c., venerabilibus fratribus. . . Archiepiscopo Cantuar' . . . Episcopo et dilecto filio priori Westmon' London' salutem, &c. Sua nobis dilectus filius Decanus ecclesie Linc' petitione monstravit quod licet quondam Robertus de Mariscis Decanus Lincoln' predecessor suus ecclesiam de Esseburn' Conventren' dioc' in qua ratione decanatus sui ejusdem ecclesie Lincolniensis idem Decanus jus patronatus habebat usibus dicti Decanatus auctoritate litterarum sedis apostolice deputatum in usus hujusmodi retineret et pacifice possideret eandem. Demum tamen clare memorie Henricus Rex Anglie predictum jus patronatus ad se pertinere pretendens Petrum de Wintonia clericum ad ecclesiam ipsam tanquam ad vacantem venerabili fratri nostro Conuentren' et Lichefeld' Episcopo presentavit quem dictus Episcopus de facto instituit in eadem quam dictus Petrus hujusmodi presentacionis et institucionis pretextu detinet minusjuste in ipsius decani et decanatus prejudicium et gravamen. Quarum idem Decanus nobis humiliter supplicavit ut easdem presentacionem et institucionem nullas penitus nunciari et ab ea predictum clericum amoveri dictoque Decano ipsam restitui per eum et successores suos in usus retinendam predictos per discretum aliquem faceremus Quo circa discrecioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde prepositis quod canonicum fuerit appellacione postposita decernatis facientes, &c. Testes autem &c. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Dat' Lugd' V Kl. Augusti pontificatus nostri anno tercio. Tenor autem procuracionis quo prefatus Magister Eadmundus de Warefeld' ad contradicendum predictas litteras in Romana Curia coram nobis utebatur est talis Omnibus presentibus litteras inspecturis Magister Petrus Canonicus Thonen'

domini pape subdiaconus ejusque litterarum corrector ac ipsarum contradictarum auditoris officium de mandato dicti domini pape gerens salutem in domino Noveritis quod Magister Johannes de Letford'* clericus procurator Petri de Wintonia Rectoris ecclesie de Esseburn' Conuentren' Lichefelden' dioc' in nostra presentia constitutus habens ab ipso potestatem alium vel alios sustinendi† procuratores in Romana curia loco sui prout in litteris inde confectis plenius vidimus continetur Quarum tenor talis est Sanctissimo in Christo Patri et Reverentissimo domino Gregorio dei gratia Sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici sue sanctitatis clericus humilis et devotus Petrus de Wintonia Rector ecclesie de Esseburn' Conuentr' et Lichefeld' dioc' in Anglia cum omni subjectione et reverentia pedum oscula beatorum ad impetrand' litteras simplices et legendas et contradicend' judices eligend' et conveniend' in eos in Curia vestre sanctitatis dilectum in Magistrum Johannem de Betford clericum procuratorem meum verum et legitimum ordino et constituo dans eidem potestatem alium vel alios procuratorem vel procuratores loco sui substituendi et ejus vel eorum procuratoria revocandi quociens viderit expedire ratum habiturus et firmum quicquid idem Johannes vel substitutus vel substituti ab eo nomine meo in premissis duxerit vel duxerint faciendum In cujus rei testimonium una cum sigillo meo ad majorem fidem sigillum religiosi viri Abbatis de Hyda Winton' apponi presentibus procuravi Dat' Winton' in festo beati Gregorii anno domini m° cc^{mo}. lxx. iii° substituit Magistrum Eadmundum de Warefeld' clericum procuratorem in eadem curia loci sui pro dicto rectore ad omnia et singula supradicta In cujus rei testimonium nos supradictus Magister Petrus presentes litteras fieri fecimus et audiencie contradictarum sigillo munimus Dat' Lugd' viii. kal' Augusti pontificatus domini Gregorii pape x. anno tercio, anno vero domini m° cc^{mo} lxx° iii° In quorum testimonium nos supradictus Petrus presentes literas fieri fecimus et audiencie contradictarum sigillo munimus. Dat' Lug' iii. Id' Augusti pontificatus domini Gregorii pape x. anno tercio.

* Written Betford below.

† Probably scribe's error for substituendi.

78. BULLA POPE GREGORII DECIMI SUPER ECCLESIA DE
ESSEBURN'.

Gregorius Episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus Archiepiscopo Cantuarien'. Episcopo (*sic*) et Dilecto filio Priori Westmonasterii London' Salutem et Apostolicam benedictionem Sua nobis dilectus filius Decanus ecclesie Lincolniensis petitione monstravit quod licet quondam Robertus de Mariocis Decanus Lincolniensis predecessor suus ecclesiam de Esseburn' Conuentren' dyoc' in qua ratione Decanatus sui eidem* ecclesie Lincolniensis idem Decanus jus patronatus habebat usibus dicti Decanatus auctoritate litterarum sedis Apostolice deputatam (*sic*) in usus hujusmodi canonice retineret et pacifice possideret eandem Demum tamen clare memorie Henricus Rex Anglie predictum jus patronatus ad se pertinere pretendens Petrum de Wintonia clericum ad ecclesiam ipsam tanquam ad vacantem venerabili fratri nostro Conuentren' et Lich' Episcopo presentavit quem dictus Episcopus de facto instituit in eadem quam dictus Petrus hujusmodi presentationis et institutionis pretextu detinet minus juste in ipsius Decani et dicti Decanatus prejudicium et gravamen Quarum idem decanus nobis humiliter supplicavit ut easdem presentationem et institutionem nullas penitus nunciari seu irritari et ab ea predictum clericum amoveri dictoque Decano ipsam restitui per eum et successores suos in usus retinendam predictos per discretum aliquem faceremus Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint evocandi Regia persona excepta, et auditis hinc inde prepositis quod canonicum fuerit appellatione postposita decernatis facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati Testimonium perhibere Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat' Lugdun' V kal' Augusti Pontificatus nostri anno tercio.

* Probably Scribe's error for "ejusdem."

Universis ad quos presens scriptum pervenerit Magister Jordanus de Wimburn' nunc Archidiaconus Cestr' Coventrens' et Lich' dioc' et Jordanus de Linc' canonicus Linc' salutem in domino sempiternam Noverit universitas vestra nos quamdam litteram veneralibus Patris domini Rogeri de Meulent' Couentr' et Lich' Episcopi venerabili viro Magistro Olivero de Sutton' Decano Linc' directam inspexisse et recepisse sub hac forma Venerande discretionis viro Magistro O. Decano Linc' R. permissione divina Coventr' et Lich' Episcopus salutem in veri nomine Salvatoris ut Magistri J. Archidiaconus* Derb' (*sic*) et Jordanus de Linc' canonicus Linc' die Martis prox' post festum Nativitatis Beate Marie Virginis apud Derleg' prope Derb' simul convenient et probationes nostras in forma inter capitulum nostrum Lych' et nos nuper condita recipiant bene volumus et consentimus semper in domino valeatis Dat' apud Heywod' XVII kal' Septembris anno gratie M^o. CC^o. LXX^o. nono. Hujus igitur auctoritate litere necnon et demandato ac manifesta voluntate ejusdem domini Episcopi secundum Capituli sui predicti consilium nobis Magistro Jordano de Wimburn' vive vocis oraculo sepe expressa quosdam testes septemdecim numero coram nobis ex parte predicti domini Decani die et loco predictis productos viros utique fide dignos et quantum sciri potuit omni exceptione majores super articulo seu negotio de quo in attestationibus infrascriptis sit mentio recepimus ac ipsos in forma juris juratos tam fideliter quam diligenter in propriis personis nostris examinavimus quorum depositionum in scriptis redactarum et demum publicatarum copiam eidem domino Decano ad majorem veritatis evidentiam concessimus et fecimus quarum tenor talis est.

Articula Magistri Oliveri Decani Linc' est quod olim nonnulli decani ecclesie Linc' ecclesiam de Esseburn' in qua ratione Decanatus sui jus patronatus habebant in proprios usus tenuerunt. Dominus Matheus de Kirketon' miles juratus et requisitus super articulo suprascripto [ejnt] dicit quod quidem Decanus Linc' nomine Willelmus de Tornay ecclesiam de Esseburn' in Archidiaconatu Derbeye in proprios usus tenuit et possedit ratione

Decanatus Linc' dicit etiam quod vidit quemdam nomine Nicholaum rectorem totalis ecclesie de Esseburn' post cujus obitum vidit quod dictus W. de Tornay tunc Decanus Linc' dictam ecclesie (*sic*) de Esseburn' cum omnibus suis juribus et pertinenciis toto tempore quo fuit Decanus ratione sui Decanatus libere tenuit et possedit Requisitus qualiter scit quod dictus Decanus dictam ecclesiam ratione dicti Decanatus tenuisset dicit quod per hoc quod dicta ecclesia transivit una cum predicto Decanatu ad successores dicti Willelmi decanos Linc' usque ad tempus Magistri Roberti de Marisc'. Dicit etiam quod vidit quod Rogerus de Wesinham' quondam Decanus Linc' dictam ecclesiam cum omnibus suis juribus pacifice possedit et tenuit et capellas que de advocacione dicte ecclesie esse dinoscuntur ratione dicti decanatus contulit et hoc sibi bene constat per hoc quod idem Rogerus contulit capellam de Bentelle domino Willelmo penitentiar' canonico Lich' qui dictam capellam adhuc possidet ex collatione predicta. Requisitus tempore cujus Episcopi dictus Willelmus de Tornay dictam ecclesiam ratione dicti decanatus tenuisset dicit quod bene recolit quod tempore Alexandri Episcopi Lich' dictam ecclesiam tenuit modo supradicto. Requisitus quantum tempus elapsum est post ea dicit quod non recolit. Dicit etiam quod omnia ista publica sunt et notoria in partibus de Esseburn' et in toto vicino. Dominus Rogerus de M'sington' miles juratus et diligenter examinatus dicit quod idem quod prejuratus eo addito quod dicit quod temporibus cujusdam Decani Linc' post Rogerum de Wesinham' Decanum Linc' fuit quedam vicaria ordinata in ecclesia memorata de Esseburn' ut audivit ex quadam ordinatione ita ut vicarius ejusdem solveret annis singulis suo perpetuo Decano Linc' qui pro tempore fuerit quinquaginta marcas sterlingorum. De qua ordinatione nichil scit nisi ex relatu aliorum.

Simon de Clifton' manens in Esseburn' juratus et diligenter examinatus in omnibus idem dicit quod Dominus Rogerus prejuratus.

Thomas Herm de Esseburn' juratus et diligenter examinatus in omnibus idem dicit quod Dominus Rogerus prejuratus.

Dominus Ricardus de Launcercumbe rector unius portionis ecclesie de Derley juratus et diligenter examinatus dicit quod ipse aliquando fuit de familia domini Willelmi de Tornay Decani Linc' et consanguineus ejusdem vidit et scivit quod dictus decanus tenuit et habuit dictam ecclesiam de Esseburn' in usus proprios ratione dicti decanatus plene et integre cum omnibus suis juribus et pertinentiis. Requisitus qualiter hoc scit quod tenuit dictam ecclesiam in proprios usus dicit quod per hoc quod quidem Decanus Rogerus de Rolleston' nomine optinuit centum solidos nomine pensionis a quodam Nicholao Rectore illius ecclesie de Esseburn' ita quod cedente vel decedente eodem Nicholao dicta ecclesia perpetuis temporibus cederet in proprios usus dicti Decanatus Linc'. Requisitus si vidisset dictum Rogerum de Rolleston' decanum Linc' dicit quod non sed hec publica sunt et notoria in partibus illis. Et dictus Willelmus de Tornay Decanus Linc' statim post mortem dicti Nicholai ingressus est possessionem illius ecclesie de Esseburn' et eam tenuit cum omnibus suis juribus quousque ingressus fuit religionem. Et quod Rogerus de Wesinham decanus Linc' successit in illa ecclesia de Esseburn' ratione sui Decanatus Requisitus si dicti Decani dictam ecclesiam in usus proprios ratione dicti Decanatus tenuissent de consensu et voluntate loci diocesani dicit quod sit. Requisitus qualiter hoc sciat quod sciente et approbante loci dyocesano dicti Decani dictam ecclesiam ratione dicti Decanatus in usus proprios tenuissent dicit quod per hoc quod uterque ipsorum tempore suo presentavit quosdam clericos ad quasdam capellas que sunt de advocacione dicte ecclesie de Esseburn' dicto Episcopo presentatos predictos admittente ad ipsorum Decanorum presentationem tanquam rectorum ecclesie de Esseburn'. Item dicit quod dicta ecclesia de Esseburn' tempore utriusque decani officiata fuit per capellanos et alios ministros Decani Linc' et quod uterque Decanus predictus publice habitus fuit et vulgariter appellatus Rector ecclesie de Esseburn' et quod domus terre possessiones et alia bona ejusdem ecclesie disponebantur per Decanos Linc' et servientes suos quod dicit publicum esse et notorium in partibus illis. Dicit etiam quod postea ordinata fuit

quedam vicaria in ecclesia memorata cujus vicarius solveret annuatim suo perpetuo Decano Linc' quinquaginta marcas. Requisitus temporibus cujus Episcopi dictus Willelmus de Tornay dictam ecclesiam modo supradicto tenuisset dicit quod temporibus Alexandri Episcopi ingressus fuit possessionem ejusdem et postea temporibus Hugonis Episcopi dictus Willelmus ingressus fuit religionem. Requisitus quantum tempus elapsum est postquam dictus Willelmus de Tornay primo dictam ecclesiam ingressus fuit dicit quod de lapsu temporis non bene recolit sed credit quod lapsi sunt quadraginta duo anni vel circiter a tempore quo Willelmus de Tornay predictus cessit per ingressum religionis.

Dominus Ricardus de Barton' capellanus parochialis de Derley in petto juratus et diligenter examinatus idem dicit in omnibus articulis quod dominus Ricardus de Launcercumbe prejuratus eo excepto quod de Rogero de Rolleston' vel de aliqua pensione quam ipse precepisset nichil scit sed bene scit quod predicti Decani dictam ecclesiam de Esseburn' ratione dicti decanatus in proprios usus tenuerunt per hoc quod ipsi ad quasdam capellas de advocatione dicte ecclesie de Esseburn' quosdam clericos tanquam Decani Linc' et rectores ejusdem ecclesie de Esseburn' presentarunt et dicit quod omnia ipsa publica sunt et notoria in partibus illis.

Dominus Thomas de Snalesdal' juxta Esseburn' capellanus juratus et diligenter examinatus idem dicit quod dominus Ricardus de Barton' capellanus prejuratus hoc addito quod vidit et scivit quod dominus Willelmus de Tornay presentavit ad capellam de Thorp' dominum Thomam de Bradeford' et ad capellam de Mapelton' Petrum de Butuile. Et quod Rogerus de Wesinham' postea Decanus Linc' presentavit ad capellam de Eldufyrston' dominum Nicholaum de Ley et ad capellam de Bentel' dominum Willelmum penitentiar' nunc canonicum Lich' qui adhuc superstes est et eam possidet.

Frater Walterus de Sancto Edmundo monachus de Parco Lude ordinis Cysterc' juratus et diligenter examinatus dicit quod ipse fuit aliq[uando] de familia domini Willelmi de Thornay Decani Linc' et de possessione illius Decani quam habuit in

ecclesia de Esseburn' et de presentationibus quas idem fecit ad capellas deponit et dicit in omnibus sicut Ricardus de Launcercumbe prejuratus.

Dominus Simon de Saham capellanus vicarius in ecclesia Linc' juratus et diligenter examinatus dicit quod ipse fuit aliquando de familia domini Willelmi de Tornay Decani Linc' et clericus capelle ipsius et dicit quod idem Willelmus Decanus presentavit ipsum ad capellam de Bradeley tanquam de jure vacantem et ad ejus presentationem ratione Decanatus et ecclesie de Esseburn' spectantem et quod ipse optinuit literam inquisitionis faciende ab Alexandro episcopo Et quod inquisito dicebat quod Decanus Linc' verus fuit ejus capelle patronus et quod illa capella vacuit de jure eo quod ille qui incumberebat tunc possessioni ejusdem successit patri suo immediate in eadem qui postea vocatus coram Episcopo probavit quod pater ipsius erat firmarius illius capelle. In aliis omnibus idem dicit quod Ricardus de Launcercumbe prejuratus.

Walterus de Launcercumbe manens in Matloke in petto laicus juratus et diligenter examinatus dicit quod ipse aliquando fuit de familia dicti Willelmi de Tornay Decani Linc' et fuit serviens ipsius apud Esseburn' et dicit quod ratione Decanatus Linc' dictus Decanus dictam ecclesiam de Esseburn' tenuit et possedit in usus proprios. Requisitus qualiter hoc scit quod illam ecclesiam tenuit ratione dicti Decanatus dicit quod per hoc quod ipse tanquam Decanus presentavit ad capellas que sunt de patronatu rectoris ecclesie de Esseburn' et quod publicum fuit et notorium et est quod idem Willelmus de Tornay ratione Decanatus fuit Rector ejusdem ecclesie de Esseburn'. De lapsu temporis de nomine loci dyocesani et possessione Rogeri de Wesinham' postea Decani Linc' idem dicit quod Ricardus de Launcercumbe prejuratus.

Henricus de Crumford laycus juratus et diligenter examinatus idem dicit quod Walterus de Launc'cumbe prejuratus hoc excepto quod dicit se fuisse usquam de familia domini Willelmi de Tornay decani Linc'.

Ricardus de Caldlow dictus Le porter manens in Hotton' laycus tamen literatus juratus et diligenter examinatus in omnibus et

singulis articulis idem dicit quod prejuratus Henricus de Crumford'.

Henricus dictus clericus de Mannefeld' et Robertus de Matloke, Simon dictus le Bacheler' de eadem, Radulfus de Mannesfeld', Petrus de Petto layci jurati et examinati idem dicunt quod Henricus de Crumford' prejuratus. In quorum omnium testimonium et memoriam perpetuam sigillo nostra presentibus fecimus apponi.

80.

Omnibus presentes litteras inspecturis R. divina miseratione Couentr' et Lych' Episcopus salutem in omnium Salvatore Noverit universitas vestra quod cum nonnulli decani Linc' Ecclesiam de Esseburn' Couentr' et Lych' dioc' in qua ratione sui Decanatus jus patronatus tunc optinebant aliquamdiu in proprios usus tenuissent tandem per quandam ordinacionem quam fecit . . bone memorie Couentri' et Lich' Episcopus loci diocesanus cum quondam Decano Linc' ecclesie perpetuus est in ea institutus vicarius cum omnibus proventibus ejusdem ecclesie fuerant deputati Salvis dumtaxat quinquaginta marcis annuis Decano Linc' ecclesie qui pro tempore fuerit per manus vicariorum perpetuis temporibus exsolvendis Couentri' et Lich' capitulorum assensu ad hoc ut dicitur accedente propter quod Magister Ricardus de Graveshende promotus postmodum in Decanatum reputans dictam ordinationem factam in ipsius Decanatus et suam non modicam lesionem ad sedem apostolicam accedens humiliter petiit super hoc sibi et eidem decanatu provideri cujus precibus pie recordationis Alexander tunc summus pontifex inclinatus nolens ex predictis dictum decanatum pati hujusmodi lesionem ut idem Magister (*sic*) vel successores sui decani ecclesiam cedente vel decedente ipsius ecclesie vicario in proprios usus decanatus ejusdem libere possent revocare ipsam dicto decanatu cum omnibus suis juribus proventibus et pertinentiis applicando Ac etiam ingredi possessionem ejus prout dictorum suorum predecessorum temporibus ab ipsis haberi solebat nostro vel Archidiaconi loci vel cujuslibet alterius assensu minime requisito Assignata tamen vicario qui pro

tempore fuerit in eadem ecclesia de ipsius ecclesie proventibus portione congrua unde valeat comode sustentari et episcopalia et archidiaconalia jura et cetera ipsius ecclesie onera supportare ordinatione aut premissis minime obstantibus aut aliquibus litteris sedis apostolice vel indulgentiis optentis vel optinendis per quas hujus gratia possit impediri vel differi auctoritate sedis apostolice duxit liberaliter indulgendum Cumque post hoc vacante vicaria memorata per mortem vicarii Magister Robertus de Mariscis tunc Decanus auctoritate predictae sedis possessionem predictae ecclesie de Esseburn' nostro interveniente consensu expresso canonice fuisset adeptus et eandem per aliquod tempus pacifice possedisset de juri super possessione vel quasi juris patronatus ejusdem ecclesie ab illustri Rege Henrico quondam Rege Anglie in propria curia ipsius Regis conventus per Breve quod de ultima presentatione vulgariter appellatur in possessorio vel quasi contrariam sententiam reportavit coram iudice seculari sicque dicto Rege illustri presentare Petrum de Wynton' tunc Wynton' nunc Couentr' et Lich' dioc' nobis Couentr' et Lich' Episcopo nos mandato Regis et precepto speciali per varias distictiones artati et compulsi predictum Petrum ad ecclesiam de Esseburn' admissimus juxta regni consuetudinem et rectorem instituimus in eadem predicto decano per nostram vel alterius iudicis ecclesiastici sententiam ab eadem ecclesia non amoto. Et quia hec per dioc' Couentr' et Lich' publica sunt et notoria Nos R. dei gratia Couentr' & Lich' Episcopus in memoriam rei geste presentibus in formam publicam redactis sigillum nostrum apponi fecimus in testimonium veritatis Act' mense februarii anno Domini M^o. CC^{mo}. septuagesimo tercio.

81.

Dateat universis presentes litteras inspecturis quod cum nonnulli Decani Linc' ecclesiam de Esseburn' Couentr' et Lich' dioc' in qua ratione sui Decanatus jus patronatus tunc optinebant aliquamdiu in proprios usus tenuissent, tandem per quamdam ordinationem quam fecit . . . bone memorie Couentr' et Lich'

Episcopus loci diocesanus cum quondam Decano Linc' ecclesie perpetuus est in ea institutus vicarius cui omnes preventus ejusdem ecclesie fuerant deputati Salvis dumtaxat quinquaginta marcis annuis Decano Linc' ecclesie qui pro tempore fuerit per manus vicariorum perpetuis temporibus exsolvendis Couentr' et Lich' capitulorum assensu ad hoc ut dicitur accedente propter quod Magister Ricardus de Graveshend' promotus postmodum in decanum reputans dictam ordinationem factam in ipsius Decanatus et suam non modicam lesionem ad sedem apostolicam accedens humiliter petiit super hoc sibi et eidem decanatu provideri cujus precibus pie recordationis Alexander tunc summus pontifex inclinatus nolens ex predictis dictum Decanatum pati hujusmodi lesionem ut idem Magister vel successores sui dictam ecclesiam cedente vel decedente ipsius ecclesie vicario in proprios usus Decanatus ejusdem libere possent revocare ipsam dicto Decanatu cum omnibus suis juribus proventibus et pertinentiis applicando ac etiam ingredi possessionem ejus prout dictorum suorum predecessorum temporibus ab ipsis haberi solebat, dioc[esani] vel archidiaconi loci vel cujuslibet alterius assensu minime requisito Assignata tamen vicario qui pro tempore in eadem ecclesia fuerit de ipsius ecclesie proventibus portione congrua unde valeat comode sustentari et episcopalia et archidiaconalia jura et cetera ipsius ecclesie onera supportare, ordinatione aut premissis minime obstantibus aut aliquibus litteris sedis apostolice vel indulgentiis optentis aut optenendis per quas hujusmodi gratia possit impediri vel differi auctoritate sedis apostolice duxit liberaliter indulgendum. Cumque post hec vacante vicaria memorata per mortem vicarii Magister Robertus de Mariscis tunc Decanus auctoritate predictae sedis possessionem predictae ecclesie de Esseburn' canonice fuisset adeptus et eandem per aliquod tempus pacifice possedisset demum super possessione vel quasi juris patronatus ejusdem ecclesie ab illustri Rege Henrico quondam Rege Anglie in propria curia ipsius Regis conventus per breve quod de ultima presentatione vulgariter appellatur in possessorio vel quasi contrariam sententiam reportavit coram iudice seculari sicque

dicto Rege illustri presentante Petrum de Wynton' clericum tunc Wynt' nunc Couentr' et Lich' dioc' venerabili patri . . . episcopo Couentr' et Lich', Idem venerabilis pater de mandato Regis et precepto speciali predictum Petrum ad ecclesiam de Esseburn' admisit et rectorem instituit in eadem predicto Decano per suam vel alterius judicis ecclesiastici sententiam ab eadem ecclesia non amoto. Et quia hec per dioc' Couentr' et Lich' publica sunt et notoria Nos Decanus et Capitulum Lich' in memoriam rei geste presentibus in formam publicam redactis sigillum nostrum apponi fecimus in testimonium veritatis. Act' in Capitulo nostro Lich' Anno Domini M^o CC^o septuagesimo tercio infra octav' purificationis Beate Marie Virginis.

82.

Inquisicio facta in ecclesia de Esseburn' super eadem in pleno loci capitulo ibidem celebrato in Crastino Sanctorum Marcellini et Petri anno Domini M^o CC^m sexagesimo per archidiaconum loci ad mandatum venerabilis in Xpo patris domini R. dei gratia Couentr' et Lich' episcopi.

Dicit Inquisicio quod ecclesia non vacat quia Magister Robertus de Mariscis Decanus Linc' est rector ejusdem a domino R. dei gratia nunc Episcopo admissus et institutus in eadem et auctoritate ejusdem per loci Archidiaconum in corporalem possessionem inductus tanquam persona ejusdem pretextu L marcarum quas tanquam Rector ejusdem percepit annuatim ratione pensionis quam quidem pensionem tres sui predecessores similiter perceperunt per manus bone memorie domini Johannis quondam vicarii ejusdem ecclesie qui obiit in vigilia Pasch' anno supradicto secundum ordinationem quandam inde confectam.

Dicit etiam quod idem Robertus Decanus est in corporali possessione ejusdem ecclesie auctoritate domini Couentr' et Lich' Episcopi nomine custodie sibi ab eodem domino concessa.

Dicit etiam quod Decanus ecclesie Linc' est patronus dicte ecclesie qui et rector quia Rogerus de Rolleston quondam Decanus ecclesie Linc' presentavit tanquam patronus ejusdem

ecclesie quemdam Nicholaum de Esseburn' ad dictam ecclesiam de Esseburn', loci diocesanus (*sic.*) qui ad hujusmodi presentationem ipsum admisit et instituit in eadem cum suis pertinentiis Qui quidem Nicholaus dictam ecclesiam sic pacifice possedit toto tempore vite sue, post dictam suam institutionem per triginta annos et amplius, quo quidem defuncto, dominus Willelmus de Turnacho tunc decanus Linc' tenuit dictam ecclesiam in proprios usus ex gratia bone memorie domini Alexandri tunc episcopi locouosque idem Decanus Linc' intravit religionem, qui ante ejus ingressum presentavit Walterum de Cayam capellanum ad vicariam dicte ecclesie non tunc ordinatam nec taxatam. Postmodum vero dominus Rogerus de Wesham' Decanus Linc' presentavit Johannem de Bertham' capellanum ad ipsam ecclesiam ut credit idem capitulum, qui quidem Johannes secundum ordinationem factam super ecclesia de Esseburn' usque ad mortem suam pacifice ipsam ecclesiam tenuit nomine vicarie solvendo inde annuatim nomine personatus Decanis ecclesie Linc' qui pro tempore fuerint quinquaginta marcas sterlingorum et dicto Waltero de Cayham quamdiu vixit triginta marcas nomine simplicis beneficii. Estimatio autem dicte ecclesie cum omnibus suis capellis est quater viginti marc' annuatim et est sine lite nisi quo ad hoc, quod dominus Rex jam de novo presentavit dominum Petrum de Winton' clericum ad eandem persona autem presentata ignota est Capitulo et ideo de meritis ipsius non constat eidem Capitulo.

83. DE ADVOCATIONE ECCLESIE DE ASSHEBURN' DATA
REGI EDUARDO.

Sciant presentes et futuri quod nos frater Johannes Abbas et Conventus Monasterii Vallis Regal' de Comitatu Cestrie reddimus et pro nobis et successoribus nostris quietum clamavimus Egregio principi domino. Edwardo Regi Anglie illustri fundatori monasterii nostri predicti advocacionem ecclesie de Esseburn' et omnium Capellarum ejusdem quam quidem advocacionem idem dominus et fundator loci nostri predicti nobis per cartam suam dederat et dominus H. quondam rex Anglie pater ejus nobis

confirmaverat volentes et concedentes pro nobis et successoribus nostris quod idem dominus fundator noster et heredes sui advocacionem illam habeant et voluntatem suam inde faciant absque impedimento et reclamacione nostri vel successorum nostrorum Ita quod nec nos nec successores nostri aliquid juris vel clamii in advocacione dicte ecclesie possimus de cetero vindicare imperpetuum In cujus Rei testimonium sigillum nostrum appendimus Hiis testibus venerabilibus patribus dominis Thoma de Cantilupo Herford' et Willelmo de Midilt' Norwycen' episcopis, dominis Willelmo de Valentia, Roberto de Tybecot', Rogero de Mortuo Mari, Hugone fil' Ottonis, Magistro Thoma Beek, Domino Antonio Beek, Domino Johanne de Kirkeby, Magistris Rogero de Seyton', Roberto de Scardeburg' et Domino Radulfo de Hengham' et aliis.

[Vide hoc idem in facto Abbatis de Valle Regalis de ecclesia de Esseburn' in undecimo folio sequenti.]

Edwardus dei gratia Rex Anglia Dominus Hibernie et Dux Aquitanie Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Prioribus Comitibus Baronibus Justitiariis Vicecomitibus presbiteris ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Sciatis quod cum dominus Willelmus quondam Rex Anglie caritatis intuitu et pro salute anime sue et animarum antecessorum ac heredum suorum per cartam suam dedisset et concessisset deo et ecclesie beate Marie Linc' advocacionem ecclesie de Esseburn' in antiquo dominico corone Anglie site quam ecclesiam plures Decani Linc' per loci diocesanos et sedem apostolicam Decanatu Linc' postmodum appropriatam in proprios usus pacifice possederunt quousque celebris memorie dominus Henricus Rex pater noster in Curia sua apud Turrim London' per consideracionem ejusdem curie sue per breve ultime presentacionis recuperasset presentacionem suam ad eandem ecclesiam de Esseburn' versus Episcopum et Decanum et capitulum ecclesie Lincoln', cujus ecclesie advocacionem ab eodem patre nostro post predictae presentacionis

recuperacionem nobis datam per cartam nostram inter alia in eadem carta nostra contenta dedimus et concessimus Deo et beate Marie et ecclesie tunc de Dernhale nunc de Valle Regali vocate in Comitatu Cestr' que est de fundacione nostra necnon et Abbati et monachis ibidem deo imperpetuum servituris. Cumque venerabilis pater Ricardus Lincoln' Episcopus et dilectus nobis in Xpo Magister Oliverus de Sutton' Decanus Lincoln' ac Capitulum ejusdem ecclesie asserentes se et ecclesiam Lincoln' ex donacione predicti domini Regis Willelmi jus habere in advocacione dicte ecclesie de Esseburn' ipsam advocacionem coram nobis et nostro consilio petuissent et iidem Abbas et Conventus de Valle Regali pro ipsis et successoribus suis jam ad nostram instanciam et requisicionem prefatam advocacionem ecclesie de Esseburn' per cartam suam reddiderint et dimiserint concesserint et quietum clamaverint nobis et heredibus nostris de se et successoribus suis imperpetuum Nos donacionem advocacionis dicte ecclesie de Esseburn' per predictum dominum Regem Willelmum deo et ecclesie Linc' factam ratam habentes et firmam et si quid in ea diminutum fuerit pro salute anime predicti Regis patris nostri et nostre ac animarum progenitorum et heredum nostrorum perpresentem cartam nostram suplere volentes advocacionem ejusdem ecclesie et omnium capellarum de eadem spectancium dictis Episcopo Decano et Capitulo Lincoln' ut jus suum reddidimus et insuper eandem advocacionem eis pro nobis et heredibus nostris damus concedimus et quietum clamavimus Habend' et Tenend' eisdem Episcopo et Decano et Capitulo et successoribus suis quietam de nobis et heredibus nostris absque reclamacione aut impedimento nostri vel heredum nostrorum imperpetuum Ita quod eandem advocacionem ecclesie de Esseburn' cum suis capellis rehabeant et sibi et successoribus suis retineant sicut eorum predecessores eam melius et quietius unquam tenuerunt. Quare volumus et firmiter percipimus pro nobis et heredibus nostris quod predicti Episcopus Decanus et capitulum ecclesie Beate Marie Linc' predictam advocacionem ecclesie predicte de Esseburn' cum suis capellis habeant et teneant ut jus suum sibi et successoribus suis quietam de nobis et heredibus

nostris absque reclamacione seu impedimento nostri vel heredum nostrorum imperpetuum. Ita quod advocacionem illam habeant et teneant sicut eorum predecessores eam melius et quietius unquam tenuerunt sicut predictum est. Hiis testibus venerabilibus patribus Thoma de Cantilupo Hereforden' et Willelmo de Midilton' Norwycen' Episcopis, Willelmo de Valenc' avunculo nostro, Rogero de Mortuo Mari, Rogero de Clifford', Roberto Tybotot, Hugone fil' Ottonis, Waltero de Helynn, Magistro Thoma Beek Archidiacono Dors', Antonio Beek Archidiacono Dunelm', Magistro Waltero Scamel Decano Surr', Magistris Rogero de Seyton et Roberto de Scardeburgo, Johanne de Liuetot, Radulfo de Hengham', Roberto fil' Johannis, Ricardo de Bosco et aliis. Dat' per manum nostram apud Westm' quatuordecimo die Junij anno regni nostri sexto. Ista carta ante consignacionem ejusdem Rege precipiente recitata fuit in presentia dictorum testium ac aliorum de consilio Regis tunc ibi presentium et audita examinata et concordata in forma supradicta.

85.

Edmundus filius Regis Anglie omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Salutem in Domino. Noveritis nos concessisse et hoc presenti scripto nostro confirmasse pro nobis et heredibus nostris Decano et Capitulo ecclesie Beate Marie Lincoln' et suis successoribus imperpetuum advocacionem ecclesie de Esseburn' cum suis pertinentiis Habendum et Tenendum cum suis capellis libere quiete bene et in pace imperpetuum In liberam puram et perpetuam elemosinam pro salute anime nostre et antecessorum nostrorum et heredum ipsorum Remisimus etiam et quietum clamavimus de nobis et heredibus nostris predictis Decano et Capitulo et eorum successoribus totum jus et clamium quod habuimus vel habere potuimus in advocacione ecclesie predictae cum suis pertinentiis Ita quod nos vel heredes nostri aliquod jus vel clamium in advocacione predictae ecclesie de Esseburn' vel suis capellis de cetero nullo modo exigere vel vindicare possimus. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum nostrum est

appensum Dat' London' nonodecimo die Maij anno gratie M^o C^o C^o octogesimo nono. Hiis tesibus venerabili patre Domino J. Elyens' Episcopo, Dominis Thoma de Weyland Johanne de Louetot, Johanne de Cobham Militibus, Radulfo de Hengham', Willelmo de Burnton', et Elya de Bekyngham clericis et aliis.

86. ECCLESIA DE ESSEBURN'. OLIM VICARIUS PERCIPIEBAT OMNES FRUCTUS ET SOLVEBAT PENSIONEM L MARCARUM.

Omnibus presentes litteras inspecturis Rogerus divina misericordia Couentr' et Lychefelden' Episcopus Salutem in omnium Salvatore. Noverit universitas vestra quod cum nonnulli Decani Linc' ecclesiam de Esseburn' Couentr' et Lichefeld' dioc' in qua ratione sui Decanatus jus patronatus tunc optinebant aliquamdiu in usus proprios tenuissent tandem per quamdam ordinationem quam fecit bone memorie . . . Couentr' et Lychefeld' Episcopus cum quondam . . . Decano Lincoln' ecclesie perpetuus est in ea institutus vicarius cui omnes proventus ejusdem ecclesie fuerant deputati Salvis dumtaxat quinquaginta marcis annuis . . . Decano Linc' ecclesie qui pro tempore foret per manus vicariorum perpetuis temporibus exsolvendis Coventr' et Lichefelden' Capitulum assensu ad hoc ut dicitur accedente propter quod Magister Ricardus de Graveshend' promotus postmodum in decanum reputans dictam ordinationem factam in ipsius Decanatus et suam non modicam lesionem ad sedem Apostolicam accedens humiliter supplicavit super hoc sibi et eidem Decanatui provideri Cujus precibus pie recordationis Alexander quartus tunc summus pontifex inclinatus nolens ex predictis dictum decanum pati hujusmodi lesionem ut idem Magister Ricardus vel successores sui dictam ecclesiam cedente vel decedente ipsius ecclesie vicario in proprios usus Decanatus ejusdem libere revocare valeret ipsam dicto Decanatui cum omnibus suis juribus proventibus et pertinentiis applicando ac etiam ingredi possessionem illius prout dictorum suorum predecessorum temporibus ab ipsis haberi solebat nostro vel Archidiaconi loci seu cujuslibet alterius assensu minime requisito assignata tamen vicario qui pro tempore foret

in eadem ecclesia de ipsius ecclesie proventibus portione congrua unde valeret comode sustentari ac Episcopalia et Archidiaconalia jura et cetera ipsius ecclesie onera supportare ordinatione aut premissis minime obstantibus aut aliquibus litteris sedis Apostolice vel indulgentiis optentis vel etiam optinendis per quas hujusmodi gratia posset impediri vel saltem differri auctoritate sedis Apostolice duxit liberaliter indulgendum. Cumque post hoc vicaria memorata vacante per mortem vicarii loci ejusdem Magister Robertus de Mariscis tunc Decanus Linc' auctoritate sedis et concessionis predicte possessionem predicte ecclesie de Asseburn' nostro etiam interveniente consensu expresso canonice fuisset adeptus et eandem per aliquod tempus pacifice possedisset demum ipse super possessione vel quasi juris patronatus ejusdem ecclesie ab illustri Rege Anglie quondam Henrico in propria Curia ipsius Regis conventus per breve quod de ultima presentatione vulgariter appellatur possessorio vel quasi contrariam sententiam reportavit coram iudice seculari Sicque dicto Rege illustri presentante nobis Petrum de Wynton' clericum suum nos de mandato Regis et speciali precepto per varias distinctiones artati atque compulsi predictum Petrum ad ecclesiam predictam de Asseburn' admisimus juxta Regni consuetudinem et Rectorem instituimus in eadem predicto Decano per nostram vel alterius Judicis ecclesiastici sententiam ab eadem ecclesia non amoto, sicut hec omnia et singula [gi^{tt}] in formam publicano redacta in quadam littera nostra patenti magno sigillo nostro sub data mense february anno Domini M^o CC^o septuagesimo Tercio consignata fideliter et pleniter intelleximus contineri, Set ecce magnifico principe domino . . . Edwardo nunc Anglie Rege illustri predicto patri suo domino Henrico processu temporis in majestatem Regiam succedente idem dominus noster cui semper quam plurimum cordi fuit ecclesias et viros ecclesiasticos ad statum debitum ab insidiis obliquis et oppressionibus quibuslibet diligentia laudabili relevari jus patronatus ejusdem ecclesie de Esseburn' quod a Religiosis viris . . . abbate et Conventu Vallis Regie quibus illud pro sue voluntatis beneplacito parum ante contulerat sibi fuerat juxta ordinationem ipsius bene legitime

atque pacifice ex certa scientia gratis redditum et restitutum omnino cum omnibus suis appendiciis et pertinentiis ecclesie Linc' ac Decano et Capitulo supradictis fervido zelo catholice devotionis assumpte imperpetuum concessit dedit contulit et eis velut jus suum proprium pro majori certitudine reddidit intuitu pietatis sicut hec omnia et singula de facto suo in carta ejusdem excellentis principis nostri domini Edwardi inde confecta et sigillo suo patenter signata perfectius atque plenius intelleximus contineri Nos igitur de hujusmodi redintegratione et relevatione seu renonciatione juris dictorum Decani et Capituli ecclesie Linc' in ecclesia predicta de Asseburn' affectione paterna moti gaudentes et insuper ex bone conscientie recta considerationis acie perspicaciter attendentes favorem deo valde acceptum qui ecclesiis et maxime cathedralibus in quibus cotidianis conatibus assiduis sine intermissionis fastidio continue colitur ipse deus per hujus cultus augmento ex causa rationabili exhibetur et precipue ubi res ad suam redit naturam et priori redditur forme sue ut dominus Philippus de Wilghby nunc Decanus ecclesie Linc' predictam ecclesiam de Asseburn' per mortem dicti domini Petri ad presens de facto vacantem cum omnibus suis juribus et pertinentiis in proprios usus Decanatus ejusdem libere juxta prememoratam concessionem apostolicam ex renovato jure ipsius ecclesie Lincoln' protinus valeat revocare ipsam Decanatu predicto cum omnibus suis juribus proventibus et pertinentiis imperpetuum applicando ac eciam ingredi et continuare possessionem ejusdem ecclesie prout predictorum predecessorum suorum temporibus ab ipsis haberi solebat et nos ipsi prenominato Magistro Roberto de Mariscis quondam Decano Linc' predecessori suo concessimus jam est diu interrupcione qualibet cujuscunque hominis vel temporis interim contingente de facto nequicquam obstante ex nunc auctoritate diocesana plene et plane sibi Decano et Capitulo ejusdem ecclesie Lincoln' ex certa scientia concedimus per presentes quibus insuper Decano et Capitulo ecclesiam predictam de Asseburn' cum omnibus suis juribus et pertinentiis et pacificam possessionem ejusdem secundum jus patronatus

adquisitum seu renovatum sibi jam de novo ut predicatur in eadem nos ipsi pro divini cultus augmento ceptum persequentes favorem quantum in nobis est auctoritate pontificali damus conferimus et tenore presentium irrevocabiliter confirmamus intuitu caritatis perpetuis Decanatus ejusdem ecclesie Lincoln' usibus profuturas Reservantes tamen nobis protestatem auctoritate ordinaria assignandi vicario qui tempore in eadem ecclesia fuerit de ipsius ecclesie proventibus porcionem congruam unde valeat comode sustentari et Episcopalia et Archidiaconalia jura et cetera ipsius ecclesie onera supportare In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Act' et Dat' apud Eccleshale octavo decimo kalend' Maij anno domini M^o CC^{mo} octogesimo nono Et pontificatus nostri tricesimo secundo.

87.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis vel audituris J. Decanus ecclesie Lich' et ejusdem loci capitulum Salutem in domino sempiternam Noveritis nos litteras venerabilis patris nostri domini R. divina gracia Coventr' et Lich' episcopi inspexisse sub eo tenore qui sequitur. Rogerus permissione divina Coventr' et Lych' episcopus dilectis nobis in Xpo Philippo Decano et capitulo ecclesie Linc' salutem in auctore salutis. Intelleximus jam est diu quod cum non ulli Decani Linc' Ecclesiam de Asseburn' Coventr' et Lych' dyoc' in qua ratione sui decanatus jus patronatus tunc optinebant aliquamdiu in usus proprios tenuissent tandem per quamdam ordinacionem quam fecit bone memorie Coventr' et Lych' episcopus cum quondam Decano Lincoln' Ecclesie perpetuis est in ea vicarius institutus cui omnes proventus ejusdem ecclesie fuerant deputati salvis dumtaxat quinquaginta marcis annuis . . Decano Lincoln' ecclesie qui pro tempore foret per manus vicariorum perpetuis temporibus exsolvendis Coventr' et Lych' capitulorum assensu ad hoc ut dicitur accedente . . propter quod Magister Ricardus Gravesend promotus postmodum in decanum reputans dictam ordinacionem factam in ipsius Decanatus et

suam non modicam lesionem ad sedem Apostolicam accedens humiliter supplicavit super hoc sibi et eidem Decanatu provideri cujus precibus pie recordacionis Alexander quartus tunc summus pontifex inclinatus nolens ex predictis dictum Decanatum pati hujusmodi lesionem ut idem Magister Ricardus vel successores sui dictam ecclesiam cedente vel decedente ipsius ecclesie vicario in proprios usus Decanatus ejusdem libere revocare valeret ipsam dicto Decanatu cum omnibus suis juribus proventibus et pertinenciis applicando Ac etiam possessionem illius ingredi prout dictorum suorum predecessorum temporibus ab ipsis haberi solebat nostro vel Archidiaconi loci seu cujuslibet alterius assensu minime requisito assignata tamen vicario qui pro tempore foret in eadem ecclesia de ipsius ecclesie proventibus porcione congrua unde valeret comode sustentari ac Episcopalia et Archidiaconalia jura et cetera ipsius ecclesie onera supportare ordinacione aut premissis minime obstantibus aut aliquibus litteris sedis apostolice vel indulgenciis optentis vel etiam optinendis per quas hujusmodi gracia posset impediri vel saltem differri auctoritate sedis apostolice duxit liberaliter indulgendum. Cumque post hoc vicaria memorata vacante per mortem vicarii loci ejusdem Magister Robertus de Mariscis tunc Decanus Lincoln' auctoritate sedis et concessionis predictae possessionem predictae ecclesie de Asseburn' nostro etiam interveniente consensu expresso canonice fuisset adeptus et eandem per aliquod tempus pacifice possedisset demum ipse super possessione vel quasi juris patronatus ejusdem ecclesie ab illustri Rege Anglie quondam Henrico in propria Curia ipsius Regis conventus per breve quod de ultima presentacione vulgariter appellatur in possessorio vel quasi contrariam sententiam reportavit coram judice seculari. Sicque dicto Rege illustri presentante nobis Petrum de Wynton' clericum suum nos de mandato Regis et speciali precepto per varias districtiones artati atque compulsi predictum Petrum ad ecclesiam predictam de Asseburn' admisimus juxta Regni consuetudinem et Rectorem instituimus in eadem predicto Decano per nostram aut alterius judicis ecclesiastici sententiam ab eadem ecclesia non amoto sicut hec

omnia et singula quasi [? quai] in formam publicam redacta in quadam littera nostra patenter magno sigillo nostro sub data mensis Februarii anno domini Millesimo CC^{mo} septuagesimo tercio consignata fideliter et pleniter intelleximus contineri. Set ecce magnifico principe domino Edwardo nunc Anglie Rege illustri predicto patri suo domino Henrico processu temporis in majestatem Regiam succedente Idem dominus noster cui semper quamplurimum cordi fuit ecclesias et viros ecclesiasticos ad statum debitum ab insidiis obliquis et oppressionibus cujuslibet diligencia laudabili relevari jus patronatus ejusdem ecclesie de Asseburn' quod a Religiosis viris Abbate et conventu Vallis Regie quibus illud pro sue voluntatis beneplacito parum ante contulerat sibi fuerat juxta ordinationem ipsius plene legitime atque pacifice ex certa sciencia gratis redditum et restitutum omnino cum omnibus suis appendiciis et pertinenciis ecclesie Lincoln' ac Decano et Capitulo supradictis fervido zelo catholice devocionis assumpte imperpetuum concessit dedit contulit et eis velut jus suum proprium pro majori certitudine reddidit intuitu pietatis sicut hec omnia et singula de facto suo in carta ejusdem Excellentis principis nostri domini Edwardi inde confecta et sigillo suo patenter signata perfectius atque plenius intelleximus contineri Nos igitur de hujusmodi redintegracione et relevacione seu renovacione juris dictorum. Decani et Capituli ecclesie Lincoln' in ecclesia predicta de Asseburn' affectione paterna moti gaudentes et insuper ex bono conscientie recta consideracionis acie perspicaciter attendentes favorem deo valde acceptam qui ecclesiis et maxime cathedralibus in quibus cotidianis conatibus assiduis sine intermissionis fastidio continue colitur ipse deus pro hujusmodi cultus augmento ex causa rationabili exhibetur et precipue ubi res ad suam redit naturam et priori redditur forme sue. Ut dominus Philippus de Wyluby nunc decanus ecclesie Lincoln' predictam ecclesiam de Asseburn per mortem dicti domini Petri ad possessionem de facto vacantem cum omnibus suis juribus et pertinenciis in proprios usus decanatus ejusdem libere juxta prememoratum concessionem apostolicam ex renovato jure ipsius

ecclesie Lincoln' protinus valeat revocare ipsam Decanatu predicto cum omnibus suis juribus proventibus et pertinenciis imperpetuum applicando ac eciam ingredi et continuare possessionem ejusdem ecclesie prout predictorum predecessorum suorum temporibus ab ipsis haberi solebat. Et nos ipsi prenominato Magistro Roberto de Mariscis quondam Decano Lincoln' predecessori suo concessimus jam est diu interruptione qualibet cujuscunque hominis vel temporis interim contingente de facto nequicquam obstante ex nunc auctoritate dyocesana plene et plave sibi Decano et Capitulo ejusdem ecclesie Linc' ex certa sciencia concedimus per presentes, quibus insuper Decano et Capitulo ecclesiam predictam de Asseburn' cum omnibus suis juribus et pertinenciis et pacificam possessionem ejusdem secundum jus patronatus acquisitum seu renovatum sibi jam de novo ut predictur in eadem. Nos ipsi pro divini cultus augmento ceptum persequentes favorem quantum in nobis est auctoritate pontificali damus conferimus et tenore presencium irrevocabiliter confirmamus intuitu caritatis perpetuis Decanatus ejusdem ecclesie Linc' usibus profuturas Reservantes tamen nobis potestatem auctoritate ordinaria assignandi vicario qui pro tempore in eadem ecclesia fuerit de ipsius ecclesie proventibus porcionem congruam unde valeat comode sustentari et Episcopalia et Archidiaconi jura et cetera ipsius ecclesie onera supportare In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Dat' et Act' apud Eccleshale octavo decimo kalend' Maij Anno domini M^o. CC^o. octogesimo nono Et pontificatus nostri tricesimo secundo. Nos igitur p̄missa rata habentes et firma ea presenti scripto cum sigilli nostri appositione confirmamus. Dat' Lych' ij Id' Octobris Anno domini M^o. Ducentesimo nonogesimo.

Univerſis Sancte Matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis Frater Henricus prior Coventr' ecclesie et ejusdem loci Capitulum Salutem in domino sempiternam Noveritis nos litteras elicis recordacionis domini Rogeri dei gracia quondam Coventr'

et Lych' Episcopi inspexisse sub eo tenore qui sequitur. Rogerus permissione divina Coventr' et Lych' Episcopus dilectis nobis in Xpo Philippo Decano et Capitulo ecclesie Lincoln' Salutem in auctore salutis. Intelleximus jam est diu quod nonnulli Decani Lincoln' ecclesiam de Asseburn' Coventr' et Lych' dyoc' in qua racione sui Decanatus jus patronatus tunc optinebant aliquamdiu in usus proprios tenuisseet tandem per quamdam ordinacionem quam fecit bone memorie Coventr' et Lych' Episcopus cum quondam Decano Lincoln' ecclesie perpetuus est in ea vicarius institutus cui omnes proventus ejusdem ecclesie fuerant deputati Salvis dumtaxat quinquaginta marcis annuis Decano Lincoln' ecclesie qui pro tempore foret per manus vicariorum perpetuis temporibus exsolvendis Coventr' et Lych' capitulorum assensu ad hoc ut dicitur accedente propter quod Magister Ricardus de Gravesend promotus postmodum in Decanum reputans dictam ordinacionem factam in ipsius Decanatus et suam non modicam lesionem ad sedem apostolicam accedens humiliter supplicavit super hoc sibi et eidem Decanatu provideri cui precibus pie recordacionis Alexander quartus tunc summus pontifex inclinatus nolens ex predictis dictum Decanatum pati hujusmodi lesionem ut idem Magister Ricardus vel successores sui dictam ecclesiam cedente vel decedente ipsius ecclesie vicario in proprios usus Decanatus ejusdem libere revocare valeret ipsam dicto Decanatu cum omnibus suis juribus proventibus et pertinenciis applicando ac etiam possessionem illius ingredi prout dictorum predecessorum suorum temporibus ab ipsis haberi solebat nostro vel Archidiaconi loci seu cujuslibet alterius assensu minime requisito assignata tamen vicario qui pro tempore foret in eadem ecclesia de ipsius ecclesie proventibus porcione congrua unde valeret comode sustentari ac Episcopalia et Archidiaconi jura et cetera ipsius ecclesie onera supportare ordinacione aut premissis minime obstantibus aut aliquibus litteris sedis Apostolice vel indulgenciis optentis vel etiam optinendis per quas hujusmodi gracia possit impediri vel saltem differri auctoritate sedis apostolice duxit liberaliter indulgendum cumque post hoc vicaria memorata vacante per mortem vicarii loci ejusdem

Magister Robertus de Mariscis tunc Decanus Lincoln' auctoritate sedis et concessionis predictae possessionem predictae ecclesie de Asseburn' nostro etiam interveniente consensu expresso canonice fuisset adeptus et eandem per aliquod tempus possedisset demum ipse super possessione vel quasi juris patronatus ejusdem ecclesie ab illustri Rege Anglie quondam Henrico in propria curia ipsius Regis conventus per breve quod de ultima presentacione vulgariter appellatur in possessorio vel quasi contrariam sententiam reportavit coram iudice seculari Sicque dicto Rege illustri presentante nobis Petrum de Wynton' clericum suum nos de mandato Regis et speciali precepto per varias districtiones artati atque compulsi predictum Petrum ad ecclesiam predictam de Asseburn' admisimus juxta Regni consuetudinem et rectorem instituimus in eadem predicto Decano per nostram aut alterius iudicis ecclesiastici sententiam ab eadem ecclesia non ammoto. Sicut hec omnia et singula quasi in formam pupplicam redacta in quadam littera nostra patenter magno sigillo nostro sub dat' mensis Februarii anno domini M^o CC^o septuagesimo tercio consignata fideliter et pleniter intelleximus contineri. Set ecce magnifico principe domino Edwardo nunc Anglie Rege illustri predicto patri suo domino Henrico processu temporis in majestatem Regiam succedente Idem dominus noster cui semper quamplurimum cordi fuit ecclesias et viros ecclesiasticos ad statum debitum ab insidiis obliquis et oppressionibus quibuslibet diligencia laudabili relevari Jus patronatus ejusdem ecclesie de Asseburn' quod a religiosis viris Abbate et conventu Vallis Regie quibus illud pro sue voluntatis beneplacito parum ante contulerat sibi fuerat juxta ordinationem ipsius plene legitime atque pacifice ex certa sciencia gratis redditum et restitutum omnino cum omnibus suis appendiciis et pertinentiis ecclesie Lincoln' ac Decano et Capitulo supradictis fervido zelo catholice devocionis assumpte imperpetuum concessit dedit contulit et eis velut jus suum proprium pro majori certitudine reddidit intuitu pietatis sicut hec omnia et singula de facto suo in carta ejusdem excellentis principis nostri domini Edwardi inde confecta et sigillo suo patenter signata perfectius atque plenius intelleximus contineri Nos igitur de hujusmodi redintegracione et

relevacione seu renovacione juris dictorum . . Decani et Capituli ecclesie Lincoln' in ecclesia predicta de Asseburn' affectione paterna moti gaudentes et insuper ex bono consciencie recta consideracionis acie perspicaciter attendentes favorem deo valde acceptum qui ecclesiis et maxime cathedralibus in quibus cotidianis conatibus assiduis sine intermissione fastidio continue colitur ipse deus pro hujusmodi cultus augmento ex causa rationabili exhibetur et precipue ubi res ad suam redit naturam et priori redditur forme sue. Ut dominus Philippus de Wilughby nunc Decanus ecclesie Lincoln' predictam ecclesiam de Asseburn' per mortem dicti domini Petri ad presens de facto vacantem cum omnibus suis juribus et pertinenciis in proprios usus Decanatus ejusdem libere juxta prememoratam concessionem Apostolicam ex renovato jure ipsius ecclesie Lincoln' protinus valeat revocare ipsam Decanatu predicto cum omnibus suis juribus proventibus et pertinenciis imperpetuum applicando ac etiam ingredi et continuare possessionem ejusdem ecclesie prout dictorum predecessorum suorum temporibus ab ipsis haberi solebat. Et nos ipsi prenominato Magistro Roberto de Mariscis quondam Decano Lincoln' predecessori suo concessimus jam est diu interrupcione qualibet cujuscumque hominis vel temporis interim contingente de facto nequicquam obstante ex nunc auctoritate dyocesana plene et plane sibi Decano . . et Capitulo ejusdem ecclesie Lincoln' ex certa sciencia concedimus per presentes, quibus insuper . . Decano et Capitulo ecclesiam predictam de Asseburn' cum omnibus suis juribus et pertinenciis et pacificam possessionem ejusdem secundum jus patronatus adquisitum seu renovatum sibi jam de novo ut predicatur in eadem . . Nos ipsi pro divini cultus augmento ceptum persequentes favorem quantum in nobis est auctoritate pontificali damus conferimus et tenore presentium irrevocabiliter confirmamus intuitu caritatis perpetuis Decanatus ejusdem ecclesie Lincoln' usibus profuturas. Reservantes tamen nobis potestatem auctoritate ordinaria assignandi vicario qui pro tempore in eadem ecclesia fuerit de ipsius ecclesie proventibus porcionem congruam unde valeat comode sustentari et Episcopalia et Archidiaconi jura et cetera ipsius ecclesie onera supportare

In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Dat' et Act' apud Eccleshale octavo decimo kalend' Maij anno domini M^o. CC^{mo}. octogesimo nono et pontificatus nostri tricesimo secundo Nos igitur premissa rata habentes et firma ea presenti scripto cum sigilli nostri appositione confirmamus Dat' Coventr' die dominica proxima post festum Augustini Anglorum Apostoli Anno domini Millesimo Trecentesimo duodecimo.

89. APPROPRIACIO ECCLESIE DE ESSEBURN' FACTA PER
EPISCOPUM LICH'.

In dei nomine Amen Presenti pagina pateat universis quod nos Nicholaus de Hegham Decanus Lincoln' et Capitulum ejusdem ecclesie cathedralis ad beneficia multa multipliciter graciosi que venerabiles patres domini Coventr' et Lychefeld' Episcopi nobis temporibus retroactis munifica largitate fecerunt et maxime que pius pater dominus Rogerus de Moulent nunc Coventr' et Licheffeld' Episcopus de ecclesia de Esseburn in proprios usus Decanatus Lincoln' libere deinceps rehabenda nobis contulit hiis diebus affectione mera respectum habentes et insuper attenden[te]s quod nemini sua liberalitas esse captiosa debeat vel dampnosa auctoritate venerabilis patris nostri domini Oliveri nunc Lincoln' Episcopi ac de unanimi consensu omnium nostrum et voluntate communi nos et capellam de Knyveton' que est una de spectantibus ad ecclesiam predictam de Esseburn' et ad nos ratione ejusdem ecclesie ac omne jus quod habemus in eadem capella cum omnibus suis juribus et pertinenciis dispositioni et ordinationi predicti domini nunc Coventr' et Lichefeld Episcopi sponte pure et absolute submittimus per presentes Itaque quod quicquid idem dominus Episcopus de eadem capella de Knyveton' cum omnibus pertinenciis suis sive pro indemp[ni]tatis cujuslibet conservacione sive pro honoris adjectione que sibi et ecclesie Lych' grata vicissitudine offerimus pura mente alte et basse pro sue voluntatis beneplacit' uno m' vel alio duxerit ordinandum id totum per omnia et singula ratum habebimus et acceptum

Que omnia nos fideliter observare & in nullo contravenire in verbo veritatis et sacerdotii solempniter promittimus per presentes beneficio restitutionis in integre ac omni exceptioni supplicacioni impetracioni quarumcunque litterarum in quacunque curia appellacioni et omni utriusque juris remedio si quod forsan nobis competere posset contra aliqua de predictis renunciantes expresse. In cujus rei testimonium commune sigillum capituli nostri Lincoln' una cum sigillo venerabilis patris nostri predicti presentibus duximus apponendum. Act' et Dat' in capitulo nostro Lincoln' iij kalend' Augusti anno domini Millesimo CC^{mo} octogesimo primo.

90. UNIO CAPELLE DE MAPELTON AD ECCLESIAM
DE ESSEBURN'.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis vel auditoris J. Decanus ecclesie Lychefeld' et ejusdem loci capitulum salutem in domino sempiternam Noveritis nos litteras venerabilis patris nostri domini R. dei gratia Couentr' et Lych' Episcopi inspexisse sub eo tenore qui sequitur . . . Rogerus permissione divina Coventr' et Lych' Episcopus dilectis sibi in Xpo Philippo Decano et Capitulo Ecclesie Lincoln' salutem in auctore salutis Cum nuper ecclesiam de Asseburn' nostre dyoc' Decanatu ecclesie vestre Lincoln' in usus proprios canonice ab antiquo concessam et perpetuo appropriatam quam etiam Decani Ecclesie vestre qui pro tempore fuerant per appropriacionem hujusmodi inquiete possederant temporibus diutius post mortem domini Petri de Wynton' qui ecclesiam ipsam ad presentationem bone memorie Henrici quondam illustris Regis Anglie aliquamdiu tenebat ut Rector . . . Decano vestre ecclesie Lincoln' ab eadem ecclesia de Asseburn' per nostram sentenciam aut alterius judicis ecclesiastici non amoto status vestrum ac Decanatus vestri in hac parte redintegratus ut decuit quatenus de facto immutatus seu interruptus extiterat vobis et vestro Decanatu Lincoln' decetero rehabendam concesserimus libere et quiete vos ad id et cetera beneficia tam per nos quam per nostros antecessores vobis

impensa respectum habentis super capellis de Knyveton' et de Mapilton' quorum jus patronatus ad ecclesiam de Asseburn' antedictam et ad vos ea ratione spectare dinoscitur et super toto jure ad vos seu vestrum Decanatum super eisdem capellis spectante nostre ordinacioni et disposicioni venerabilis patris domini Oliveri nunc Lincoln' episcopi ad hoc interveniente consensu pure sponte ac libere submitistis Promittentes vos ratum habituros et facturum[frum] quicquid per nos super capellis eisdem fuerit ordinatum nos igitur submissionem hujusmodi admittentes vestrum que considerantes affectum quem zelo intime caritatis ad ecclesiam nostram Lych' hactenus habuisse coperimus vestrum honorem et comodum in hac merito affectamus Pensantes itaque una cum vestre gratitudinis meritis onerosa dispendia que occasione dicte presentacionis et admissionis dicti Petri de Wynton' ad ecclesiam antedictam sustinuisse dicimini quodque tamdiu comodo ejusdem ecclesie caruistis aliisque legitimis causis existentibus que ad infrascripta merito nos inducant dictam capellam de Mapelton cum omnibus suis juribus et pertinenciis ecclesie supradicte de Asseburn' vobis vestroque Decanatu ratione ipsius ecclesie perpetuo annectimus et unimus ac in usus proprios futuris temporibus possidendam auctoritate Pontificali concedimus ac etiam confirmamus statuentes ordinantes disponentes et etiam concedentes ut cedente vel decedente rectore ipsius capelle de Mapelton' liceat Decano vestre ecclesie qui pro tempore fuerit aut vobis ipsis forsitan tunc Decanatu vacante capellam ipsam de Mapelton et ejus possessionem per dictam appropriacionem concessionem et annexacionem cum omnibus suis juribus et pertinenciis libere ingredi et tenere nostro aut cujuscunque alterius consensu minime requisito In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Crokesle tercio kal' Novembr' anno domini Millesimo ducentesimo octogesimo nono . . . Et Puntificatus nostri tricesimo secundo. Nos igitur premissa rata habentes et firma ea presenti scripto cum sigilli nostri appositione confirmamus . . . Dat' Lych' ij Id' Octobris Anno domini Millesimo Ducentesimo nonogesimo

Pateat universis per presentes me Hugonem de Esseburn' vicarium in eadem per presentacionem de me factam ad eandem per venerabilem virum dominum P. de Wyleby Decanum Linc' ecclesie et rectorem ecclesie de Esseburn' et meam institucionem rectorie de Fenni Benteley de jure et de facto resignasse ita quod dictus dominus P. tanquam patronus ecclesie ejusdem ordinare ac disponere prout voluerit seu ad eandem tanquam ad vacantem potest presentare In cujus rei testimonium has litteras meas super resignacione predicte ecclesie eidem Domino P. feci patentem. Dat' apud Esseburn' die Sabbati prox' ante festum Sancti Nicholai Anno domini M^o CC. Nonogesimo quarto . . .

92.—900 MARCÆ SOLUT' PRO JURE PATRONATUS RECUPERANDO
ABB. MON. DE VALL. R.

Presens scriptum pateat universis quod ego frater Johannes abbas monasterii de valle Regali nomine meo et conventus ejusdem loci recepi et habui centum libras bonorum sterlingorum per Magistrum Oliverum Decanum Lincoln' pro se et capitulo suo de Nongentis marcis in quibus nobis tenebantur pro recuperacione advocacionis ecclesie de Esseburn' secundum ordinacionem domini Regis. In cujus rei testimonium et adquietacionem de predictis centum libris ego nomine meo et predicti conventus mei hanc litteram feci patentem nostro sigillo signatam Et facta est hec solucio Lond' ka^m Junii Anno domini M^o CC^{mo} LXX^{mo} octavo. Testibus Magistris J. Le Flemeng' canonico Lincoln' W. de Langwith' Roberto de Thorp' capellan' W. de Stoketon' clerico et aliis.

Omnibus X^pi fidelibus frater Abbas . . de Valle Regali et ejusdem loci conventus Salutem in domino Noveritis nos recepisse O [? à]. Decano et Capitulo Lincoln' ecclesie Trescentas marcas in quibus nobis tenebantur ad festum Sancti Johannis Baptiste Anno domini M^o CC^{mo} LXX^{mo} nono secundum formam obligacionis

quam penes nos ab eisdem habemus unde post factam hanc solucionem nobis in aliis trescentis marcis tantummodo remanente obligata. In cujus rei testimonium has literas nostras fecimus eisdem patentes Dat' Apud Eton' Monalium die Dominica prox' post translacionem Sancti Thome martiris Anno domini supradicto.

94.

Omnibus Xpī fidelibus ad quos presentes littere prevenerint frater J. dictus Abbas de Valle Regali Salutem in domino sempiternam Noverit universitas vestra nos recepisse a venerabilibus viris et discretis . . Domino Decano et Capitulo Linc' Ducentas libras sterlingorum apud Eton monalium in festo benedicti Petri ad Vincula anno domini M^o CC^{mo} octuagesimo quas Ducentas libras nobis solvere tenebantur in festo Sancti Johannis Baptiste preterito ejusdem anni de reparacione nonagintarum marcarum quas nobis solverint pro advocacione de Esseburn' suis terminis prius statutis de qua quidem tota summa pecunie protestamur nos et ecclesiam nostram plenare pacatos et dictos Decanum et Capitulum omnino solutos et quietos In cujus Rei testimonium has litteras nostras predictis Decano et capitulo fieri fecimus patentes Dat' die et anno quo supra.

95.

Universis Xpī fidelibus ad quorum noticiam presentes litere pervenerint Frater Johannes permissione divina Abbas Burton' super Trentam collector decime Domini Regis Salutem in Domino. Volentes ut tenemur ex debito caritatis veritati testimonium perhibere universiti vestre notificamus per presentes quod Decanus Lincoln' qui nunc est et qui ante ipsum fuerunt consueverunt nobis solvere decimam et quintam decimam et aliam quotam cum ceteris de clero quociens casus acciderit tam de temporalibus quam de spiritualibus ubicumque in Comitatu' Derb' videlicet pro ecclesiis de Esseburn' Wirksworth Cestrefeld cum capellis et pro temporalibus bonis suis apud Parvam Cestr' juxta

Derb' et adhuc inde debet pro decima nunc currente In cujus rei testimonium has literas testimoniales eidem fieri fecimus patentes Dat' apud Burton' die Dominica prox' post festum Apostolorum Petri et Pauli anno domini M^o CCC^{mo} Tercio decimo.

96.

R. de Leycestria venerabilis patris . . Domini W. dei gracia Coventr' et Lych' episcopi ipso in remotis agente Vicarius in spiritualibus generalis discretis vivis Decanis de Esseburn' et Scaruesdale Salutem in auctore salutis. Vobis mandamus firmiter injungentes quatinus omnes fructus et obvenciones Ecclesiarum de Esseburn' Wirkesworth' et Cestrefeld' si qui sunt occasione vacacione (*sic*) Decanatus Ecclesie Cathedralis Lincoln' auctoritate dicti patris sequestrat' provenientes . . Venerabili viro Magistro Rogero de Martinall Decano Ecclesie predictae seu ejus procuratori liberetis seu liberari faciatis sine mora Dat' Derb' nono kaln' Novembris Anno domini Millesimo CCC duodecimo.

97.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere pervenerint Radulfus de Leycestria venerabilis patris domini W. dei gracia Coventr' et Lych' Episcopi ipso in remotis agente Vicarius in spiritualibus generalis Salutem in eo qui est omnium vera salus.* Cum nuper vacante Decanatu Linc' ecclesie cui dicitur ecclesie de Asseburn' Wirkesworth' et Cestrefeld' Lych' dyoc' sunt appropriate ac per ordinacionem antiquam ecclesie Lincoln' a tempore cujus initii memoria non existit usibus Decanalibus sunt et fuerant imperpetuum assignate seu deputate venerabili patri nostro Domino W. dei gracia Coventr' et Lych' Episcopo supradicto quorundam relacione fuisset intimatum quod ad predictum patrem nostrum tempore vacacionis custodia fructuum et obvencionum earundem spectabat et quod fructus medii temporis custodia predicta durante eidem deberent compe-

* Nota hic quod vacacio ecclesiarum de Asseburn' Wyrkesworth et Chesterfeld pertinet ad Capm. Lincoln' et non Episcopum Lich'.

tere tanquam sui vel tanquam sibi debiti de consuetudine approbata. Quo pretextu generalis ejus sequestrator sequestrationem in obventionibus medii temporis inter posuit sicut domino predicto competentibus vel eidem debitis ut suprius est pretatum [*sic.* ? means "prefatum"] Unde dominus noster predictus nolens usurpare quod suum non est vel quod sibi debitum non est presumere injunctionem nobis fecit quod nos vocatis vocandis utrum predictarum ecclesiarum custodia, vacante Decanatu predicto, et fructuum perceptio earundem ad eum de consuetudine competere vel eidem deberent diligentem faceremus inquisitionem. Unde nos ejus injunctionem secuti secundum formam injunctionis ejusdem diligentem fecimus inquisitionem per illos quorum nomina secuuntur in hunc modum videlicet per Magistrum Willebruum rectorem de Langel', Magistrum Ricardum rectorem de Alwynfeld' vicarium de Cestrefeld' vicarium de Bolshouer' vicarium de Wirkesworth' vicarium de Esseburn' rectorem de Ketliston' vicarium sancte Wereburg' vicarium de Spondon' vicarium de Crutch' vicarium de Affurton' et custodem ecclesie de Bradburn' que quidem inquisicio dicit de verbo ad verbum ut sequitur. Inquisicio facta in ecclesia Beati Petri Derby die Lune prox' ante festum Apostolorum Simonis et Jude anno domini M^o. Tricentesimo duodecimo Coram Magistro R. de Leycestr' venerabilis patris ac domini W. dei gracia Coventr' et Lych' Episcopi vicario generali in spiritualibus ipso in remotis agente per duodecim Rectores et Vicarios Archidiaconatus Derby specialiter vocatos et juratos super perceptione obventionum et proventuum tempore vacationis Decanatus Lincoln' in ecclesiis Cestrefeld' Assheburn' et Wirkesworth' dicit quod omnes obventiones et proventus tempore vacationis provenientes ex predictis ecclesiis spectant et ante hec tempora spectare consueverunt capitulo Lincolnensi exceptis dumtaxat porcionibus Vicariorum in eisdem ecclesiis. Et si quod sequestrum ante hec tempora in predictis ecclesiis factum fuerit auctoritate dyocesana plus facti quam consuetudinis obtente et approbate credit extitisse. Et dicit quod procurator Capituli Linc' tempore vacationis omnes obventiones et proventus predictarum ecclesiarum sine diminu-

cione qualibet percipere consuevit. In cujus rei testimonium sigillum officii nostri presentibus est appensum . . Dat' apud Derb' die Lune et anno domini supradictis.

98. COMPOSICIO INTER DECANUM ET VICARIUM DE
ESSEBURN'.

In dei nomine Amen Nos Rogerus permissione divina Coventr' et Lych' Episcopus vicarium ecclesie de Esseburn' quam Decanatui ecclesie Linc' in usus proprios rehabendam concessimus, inquisitione super hoc prehabita diligenti, ac ecclesie ipsius facultatibus ponderatis auctoritate pontificali partibus presentibus taliter ordinamus Videlicet quod Robertus nunc vicarius ibidem et alii successores sui qui pro tempore fuerint habeant placeam pro manso suo que jacet inter viam que ducit de cimiterio usque ad pontem ex parte una et usque ad murum cimiterii et viarium Rectoris ex parte altera in latitudine et longitudine a cimiterio usque ad ductum de Scollebroke et quod sumptibus Rectoris fiant edificia competentia in eadem percipiant etiam vicarii omnia mortuaria, exceptis equis cum hernasiis et armis, decimam lini et canabi si fuerit, decimam etiam purcellorum ancarum curtilagiorum gardinorum pullanorum vitulorum et albi, totam porcionem omnium decimarum quadragesimal' et omnes oblaciones per annum si vein pecunia numerata sive in cero consistant et decimam molendinorum totius parrochie percipiant hi vicarii, decimam garbarum et feni de Clifton Parva et Magna, Decimam feni de Methelge et Longelis et de prato Comitum, Decimam medietatis garbarum annuatim proveniencium de Methelig' exceptis dominicis Rectoris tam in garbis quam in pratis. Vicarii vero Episcopalia et Archidiaconalia onera sustineant. Rector autem omnia alia sustinebit. Reservamus insuper nobis et successoribus nostris Episcopis potestatem addendi ad ordinacionem predictam ac etiam mutandi eandem cum propter variacionem temporis vel alias causas legitimas videbitur expedire. In cujus rei testimonium impressio sigilli nostri presentibus est appensa Dat' apud Haywod xiii kal' Novembris

Anno domini Millesimo CC^o nonagesimo et consecracionis nostre xxxiiij.

Edwardus Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Prioribus Comitibus Baronibus Justiciariis Vicecomitibus Prepositis Ministris et omnibus Ballivis et fidelibus suis Salutem. Inspeximus cartam celebris memorie domini E. nuper Regis Anglie avi nostri in hec verba. Edwardus dei gratia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Prioribus Comitibus Baronibus Justiciariis Vicecomitibus Prepositis Ministris et omnibus Ballivis et fidelibus suis Salutem. Sciatis quod cum dominus Willelmus quondam Rex Anglie caritatis intuitu et pro salute anime sue et animarum antecessorum ac heredum suorum per cartam dedisset et concessisset deo et ecclesie beate Marie Linc advocacionem ecclesie de Esseburn' in antiquo dominico Corone Anglie sue quam ecclesiam plures Decani Lincoln' per loci diocesanos et sedem apostolicam Decanatu Linc' postmodum appropriatam in proprios usus pacifice possederunt quousque celebris memorie dominus Henricus Rex pater noster in curia sua apud Turrim London' per consideracionem ejusdem curie sue per breve ultime presentacionis recuperasset presentacionem suam ad eandem ecclesiam de Essheburn' versus Episcopum et Decanum ac Capitulum ecclesie Lincoln' cujus ecclesie advocacionem ab eodem patre nostro post predictae presentacionis recuperacionem nobis datam per cartam nostram inter alia in eadem carta nostra contenta dedimus et concessimus deo et beate Marie et ecclesie tunc de Dernhal' nunc de Valle Regali vocate in Comitatu Cestr' que est de fundacione nostra necnon et Abbati et Monachis ibidem deo imperpetuum servituris Cumque venerabilis pater Ricardus Linc' Episcopus et dilectus nobis in Xpo Magister Oliverus de Sutton' Decanus Linc' ac capitulum ejusdem ecclesie asserentes se et ecclesiam Linc' ex donacione predicti domini Regis Willelmi jus habere in advocacione dicte ecclesie de Essheburn' ipsam advocacionem coram nobis et nostro consilio petuissent et iidem Abbas et Conventus

de Valle Regali pro ipsis et successoribus suis jam ad nostram instanciam et requisicionem prefatam advocacionem ecclesie de Essheburn' per cartam suam reddiderint dimiserint concesserint et quietum clamaverint nobis et heredibus nostris de se et successoribus suis imperpetuum Nos donacionem advocacionis dicte ecclesie de Essheburn' per predictum dominum Regem Willelmum deo et ecclesie Lincoln' factam ratam habentes et firmam et siquid in ea diminutum fuerit pro salute anime predicti Regis patris nostri et nostre ac animarum progenitorum et heredum nostrorum per presentem cartam nostram supplere volentes advocacionem ejusdem ecclesie et omnium capellarum ad eam spectantium dictis Episcopo Decano et Capitulo Lincoln' ut jus suum reddidimus et insuper eandem advocacionem eis pro nobis et heredibus nostris damus concedimus et quietum clamamus Habend' et Tenend' eisdem Episcopo Decano et Capitulo et successoribus suis quietam de nobis et heredibus nostris absque reclamacione aut impedimento nostri vel heredum nostrorum imperpetuum Ita quod eandem advocacionem ecclesie de Essheburn' cum suis capellis rehabeant et sibi et successoribus suis retineant sicut eorum predecessores eam melius et quietius unquam tenuerunt Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus nostris quod predicti Episcopus Decanus et Capitulum ecclesie beate Marie Lincoln' predictam advocacionem ecclesie predicte de Essheburn' cum suis capellis habeant et teneant ut jus suum sibi et successoribus suis quietam de nobis et heredibus nostris absque reclamacione seu impedimento nostri vel heredum nostrorum imperpetuum Ita quod advocacionem illam habeant et teneant sicut eorum predecessores eam melius et quietius unquam tenuerunt sicut predictum est Hiis testibus venerabilibus patribus Thoma de Cantilupo Herefordens' et Willelmo de Middleton' Norwycen' Episcopis Willelmo de Valenc' avunculo nostro Rogero de Mortuo Mari Rogero de Clifford' Roberto Tybotot Hugone filio Ottonis Waltero de Helynn Magistro Thoma Bek Archidiacono Dors' Antonio Beek Archidiacono Dunelm' Magistro Waltero Scamel Decano Sarre Magistris Rogero de Seyton' et Roberto de Scardeburg' Johanne de Liuetot Radulfo

de Hengham Roberto filio Johannis Ricardo de Bosco et aliis
Dat' per manum nostram apud Westm' quartodecimo die Junij
Anno regni nostri sexto.

Vide hoc i'lem in facto Abbatis de Valle Regali de ecclesia de
Esseburn' in undecimo folio precedenti.

100.

Insuperimus eciam quandam aliam cartam prefati progenitoris
nostri in hec verba H. Rex Anglie et Dux Norm' et Aquitanie et
Comes And' Justiciariis vicecomitibus ministris et omnibus
hominibus et fidelibus suis totius Anglie Francis et Anglis et
nominatim de Linc' et Lincolnie siria Salutem. Sciatis me
dedisse et concessisse et carta mea confirmassie ecclesie Linc' et
Roberto Linc' Episcopo et successoribus ejus ad edificia sua et
domos suos totam terram cum fossato de muro ballii mei Linc' in
orientali parte per circuitum ecclesie beati Michaelis usque ad
cimiterium Sancti Andree et a cimiterio Sancti Andree usque ad
murum civitatis versus orientem Et hanc terram concessi et dedi
ecclesie Linc' et eidem Roberto Episcopo et successoribus ejus
solutam et quietam de Langabulo et p . . agio et omnibus aliis
rebus Et libere poterio perforare murum ballii mei ad portam
faciendam ad introitum et exitum suum habendum versus
ecclesiam et ita edificare quod edificia sua extendantur in
utrumque murum Quare volo et firmiter precipio quod ecclesia
Lincoln' et Robertus Episcopus et omnes successores ejus
teneant predictam terram bene et in pace et honorifice et quiete
et cum socca et sacca et Thol et Them et Infangnenethes Testibus
Rogerio Ebor' Archiepiscopo Thoma Cancellario Ricardo de Luci
Warino fil' Girolodi Camar' Willelmo fil' Ham' Roberto de Don-
stannilla Jose' de Baillol' apud Lincoln'.